DECIMANONA DIOECESANA

SYNODUS

S. BENEVENTANÆ ECCLESIÆ

Ab Eminentiſs. & Reverendiſs. in Chriſto Patre, & Domino

FR. VINCENTIO MARIA

Ordinis Prædicat. Miſerat. Divina Epiſcopo Tuſculano, S. R. E. Cardinali Urſino, Archiepiſcopo.

Celebrata die 24. Auguſti Anno MDCCIV.


VNA CVM

CONCILIO SECVNDO PROVINCIALI

Nuper reperto,

HVGONIS GVIDARDII ARCHIEPISCOPI

De Anno 1378.





BENEVENTI, Anno MDCCIV.

E' TYPOGRAPHIA ARCHIEPISCOPALI.

Digitized by Google

DECRETUM

DE SYNODI APERITIONE.

In Nomine Sanctissimæ, ac Individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

FR. VINCENTIUS MARIA Ordinis Prædicat. Miserat. Divina Episcopus Tusculanus, S.R.E. Cardinalis Ursinus, S. Beneventanæ Ecclesiæ Archiepiscopus.



Aureum, dilectissimi filii, atque utinam illius igne probati *(a)*, Synodorum numerum aggredimur, dùm Anno hoc nostri in hac sacrosancta sede Pontificatus Decimonono, Decemnoualem perficientes Cyclum, Decimumnonum, in Domino gloriamur, Synodalem vobiscum habere Conuentum. Vrbes quondam Nouendecim *(b)* Nephthalitas in promissæ Terræ partitione fælici, sub Duce Josue, sorte accepisse legimus. Totidem nùnc Synodos, Ciuitates veluti munitissimas *(c)*, ac Turres fortitudinis nostræ, è quibus Clypei mille *(d)*, Sanctorum videlicèt Patrum, & Conciliorum doctrinæ *(e)* pro Carnis illecebris edomandis, antiqui Hostis versutiis eludendis, Mundique erroribus emendandis, tutissimi pendent, sorte non inæquali, sub humili nostræ parvitatis pastorali regimine, à Divina solummodò dignatione vos obtinuisse, speramus. Civitates igitùr ipsas in vanum ne accipiatis *(f)*: verùm fideles apud illas excubias

(a) *Eccli.* 2. *v.* 5. (b) *Josue* 19. *v.* 38. (c) 2. *Paralip.* 11. *v.* 10. (d) *Cantic.* 4. *v.* 4. (e) *D. Greg. ibid.* (f) *Psal.* 138. *v.* 20.

observantes, in lege diù, noctùque meditemini (a), ac pro vestro quoque munere Synodalium Constitutionum honorem perpetuò custodite; ut in vobis, quod de Tribu ipsa est scriptum, adimpleatur: *Nephthali abundantia perfruetur, & erit in benedictione Domini (b)* Quocirca eandem Decimamnonam Synodum, superiore anno jam indictam, hac ipsa die 24. Augusti 1704. ad Omnipotentis Dei, & JESU Christi Filii ejus Domini nostri, Sanctissimæ Deiparæ, S. Michaelis Archangeli, B. Apostoli Bartholomæi, SS. Pontificum nostrorum Ianuarii, & Barbati, SS. Dominici, & Philippi Nerii Confessorum, cæterorumque nostræ Civitatis SS. Patronorum, aliorumque Sanctorum gloriam, honorem, & laudem apertam esse, atque incæptam volumus, promulgamus, & decernimus.

Reliqua decreta, nempè de modo vivendi in Synodo, de Ministris Synodalibus, de præjudicio non afferendo, de non discedendo, de oratione publica, de fidei professione, & de cæteris hujusmodi, habentur in Actis, quæ in Archiepiscopali Cancellaria servantur.

TITULUS I.
De Constitutionibus.

CAP. I.
Diœcesanæ Synodi, hactenus celebratæ, confirmantur.

OCtodecim Diœcesanas Synodos, unà cum earum Appendicibus, ab Anno 1686. usquè ad proximè præteritum 1703. à Nobis editas, & promulgatas, præsenti decimanona Synodo confirmamus, & ab omnibus, quorum interest, inviolabilitèr observari mandamus, sub pœnis, in illis statutis, & comminatis.

CAP. II.
Hæc una illarum observantia Synodali scrutinio disquirenda. Quidquid inobservatum obvènit, ex earum titulis, ad id facientibus, inculcatur.

DEcreti hujus observantiam, proùt in XIV. nostra Synodo (c) cautum fuit, hac Decimanona innovamus: mandamusque præ-

(a) *Psal.1.v.2.* (b) *Deuteronom.33.v.23.* (c) *h.t.cap.2.*

Digitized by Google

præcipuè, ut Synodale Scrutinium quàm sedulò peragatur. Cæterum, quæ ex titulis præteritarum Diæcesanarum Synodorum necessariò nobis repetenda visa sunt, post sequentium lectionem iterabuntur.

CAP. III.

Secundum Hugonis Guidardii Archiepiscopi Provinciale Concilium, nupèr nactum, typis datur.

STudiosas pro nostra Ecclesia Prædecessorum nostrorum Archiepiscoporum solicitudines hoc à nobis, qui eorum oneri simùl, & honori, Diuina ferente patientia, successimus, cum primis mereri dignoscimus, ut, dùm vetera eorum scripta, vèl in Bibliothæcarum forulis, & Ecclesiarum tabularijs, vel in ignotis priuatorum scrinijs latentia, ex obliuionis tenebris, diligenti adhibita conquisitione, eruimus, in lucem publicam prodeant, incumbamus. Sanè id modico haud labore, studioque egimus, cum Anno 1695. Concilia XIX. sex scilicèt à summis Pōtificibus, Duodecim ab eisdem Prædecessoribus nostris, ac Decimumtertium à Nobis in nostra Metropolitana celebrata collegimus, & in unū collecta Volumen, quod Synodicon S.Beneuētanensis Ecclesię significauimus, Summariis, Notisque adaucta, claro, distintoque Indice locupletata, edidimus. Hoc idem ne modò prætermittendum duximus, cum elapso anno in Sancta Oppidi Limusani nostræ Archidiæcesis Visitatione apud S. Stephani Rectorem Hugonis Guidardij Archiepiscopi vetustum, 'ac ferè consumptum Concilij Prouincialis Exscriptum, plurimis licèt amanuensis mendis inquinatum, reperimus, Anno habiti 1378. quatriennio post alterum, ab eodem coactū, anno videlicet 1374. quod est VI. in præfato nostro Synodico impressum. Quapropter ad illius memoriam substinendam, dignum, proùt extat, existimauimus, cum præcipuorum tamèn errorum correctionibus, àc Summarijs, ad singulos numeros adiunctis, in nostra hujus Synodi Appendice prouulgare.



TI-

Digitized by Google

TITULUS II.
De Sepulturis.

CAP. I.
Ecclesiasticorum funeribus consulendum.

ECclesiastici omnes, quemadmodum in viuis agentes obligantur Ecclesiæ deseruire, ita rationi consentaneum est, ut, mortem obeuntes, peculiaribus Ecclesiæ honoribus, àc suffragiis potiantur. Hanc sententiam, omnimodè piam, Benedictus Papa III. (*a*) decreto, & exemplo decorauit; dùm ne solùm Episcopos, Presbyteros, & Diaconos, verùm ac ipsos Clericos defunctos, ab eodem Summo Ecclesiæ Hierarcha, aliisque Pontificibus, & reliquo Clero viciſſim parentari, religioſiſſimè sanxit. Quem antiquatum Ecclesiæ morem S. Carolus Mediolanensis (*b*), gloria, & regula Sacerdotum, suorum Canonicorum exequias sua cohonestans assistentia, innovauit.

CAP. II.
Quo ritu Ecclesiasticorum funus peragendum.

RItuale Romanum in singulorum Ecclesiasticorum funere adamuſſim seruetur, proùt in Primo Prouinciali nostro Concilio (*c*) sancitum fuit: Sacræque vestes, ibidem pro eorum Cadaueribus, priùs lotis, & ad talarem usque habitum indutis, ornandis, consideratis eorundem ordinibus, singillatim indictæ, omninò adhibeātur. Canonici verò Ecclesiæ nostræ Metropolitanæ, quia Mitræ, & Abbatialium paramentorum usu, ex Apostolico priuilegio gaudent, ultrà præscriptas vestes, cum his etiam (Canonicis Diaconis, & Subdiaconis exceptis, qui Mitra tantùm utuntur) ut hactenùs seruatum est, tumulentur.

CAP. III.
Ecclesiastici à Laicis seorsim sepeliantur.

QUia Clerici, dùm viuunt, Laicorum commercia nescire coguntur (*c*), cum his, sub sepulcri interdicti pœna ipso facto, nèc qui-

(a) *Baron. An.* 858. *n.* 7. (b) *Giussanus in ejus Vita.* (c) *Hoc tit. cap.* 18. (d) *Cap. Clerici officia de Vit. & honest. Cleric.*

quidem mortui commifceantur: verùm in Cleri fepulturis, quæ ab iis Laicorum difcretæ in noftra Ciuitate, & in omnibus ferè Archidiæcefis Oppidis habentur, fepeliantur.

CAP. IV.

Vbi fepultura pro Clero non habetur, Ecclefiafticorum cadavera ad viciniorem Ecclefiam, in qua aderit, deferantur.

CUm propria Ecclefiafticorum fepulcra in Oppidis aliquibus, maximè Vicariæ S. Angeli ad Cupulum, ob Ecclefiarum paupertatem, adhuc non habeantur, pia feruetur confuetudo eorundem cadauera ad Ecclefiam viciniorem, ubi habetur, deferendi; ufque dum aliàs in præfatis Oppidis prouifum fuerit.

CAP. V.

Regulæ pro Ecclefiafticis Vrbanis, extra Capitulum, & Collegia, fepeliendis proponuntur. Quoad reliquos ftatuta, & confuetudines confirmantur.

CApituli noftri Metropolitani, Collegiorum, Conuentualium, & cæterarum Ecclefiarum noftræ Ciuitatis, & Archidiæcefis Statuta, & confuetudines, Conftitutionibus noftris Synodalibus non aduerfantia, circa Collegarum, & aliorum Clericorum exequias refpectiuè perfoluendas, confirmationis noftræ munimine roboramus. Verùm pro Parochis, & reliquis ex fæculari Clero, Vrbanis, quorum fepulturæ, ut plurimùm vel minima folemnitate honeftantur, fequentia obferuanda ftatuimus.

CAP. VI.

Ius Sepulturæ taxatur.

CUm in noftra Ciuitate, prætèr Metropolitanum Capitulum, & Collegia, fæcularē Clerum, ac ipfos quoque Parochos peculiari fepultura carere deprehenderimus, tres in Ecclefia S. Andreæ noftri Sacri Seminarij (quæ Proparochialis eft dirutæ Ecclefiæ S. Marci) pro Presbyteris unam, aliam pro Diaconibus, & Subdiaconibus, ac tertiam pro reliquis Clericis, ære noftro effodiendas curauimus: ipfique Seminario totum earundem fepulturarum jus de-

detulimus. Ne igitur futuris temporibus à Deputatis pro jure hujusmodi aliquid ex voluntate prætendatur, præsenti constitutione decernimus, ut pro quolibet Ecclesiasticorum cadauere, ibidem sepeliendo, sex carolenorum summa, à defuncti hæredibus soluenda, non excedatur.

CAP. VII.

Quid ab eorum obitu agendum, usque ad cadaveris in Ecclesiam asportationem.

PArecho, vèl alio ex prædicto Clero, defuncto, singularum Parochialium campanæ pulsabuntur: &, indicta à quo, ut infra, funebre faciendum erit officium, exequiarum hora, reliqui Parochi, àc cæteri ejusdem Cleri in unum conueniant, mortui funus sub Cruce Ecclesiæ, ad quam defertur cadauer, processionalitèr gratis associaturi; in processione tantùm candelam deferentes, quæ, quia ab ipsis comparabitur, apud ipsos inde remanebit.

CAP. VIII.

Numerus Cereorum in Ecclesia præscribitur, qui à defuncti hæredibus contribuentur.

CIrca corpus in Ecclesia quatuor sint intortitia, singula unius saltèm libræ, continentèr accensa, & candelæ quatuor, qualibet unciarum sex ad minus, in Altari. Hæc, sub pœna quadrupli, à defuncti hæredibus (*a*), contra quos in contumacia nostra Curia procedet, opportunè prouidebuntur: &, expleto officio, cadauereque tumulato, quod superer it, eidem Ecclesiæ pro sacris faciendis acquiretur, nèc quidquam à Ministris absque nostra licentia vendatur (*b*).

CAP. IX.

Officium, & Missa cantanda. Assistentia usque ad cadaveris tumulationem demandatur.

OMnes in eadem Ecclesia totum defunctorum officium, cum laudibus stato ritu cantabunt, vèl Theatinorum Clericorum more

(a) *Conc. Prov. Mediol. 1. tit. de funer, & exequ.* (b) *Ibid.*

more recitabunt: àc Missæ, absolutioni, & corporis, sindone obuoluendi, sepolturæ debita deuotione, & charitate intererunt: quod, ut decorè fiat, seriò animaduertatur.

C A P. X.

Parochorum exequiæ gratis omninò persolvendæ à quo funeris officium exequetur.

PRo defuncto Parocho, si is extrà suam obierit Paræciam, Parochus, in cujus Paræcia erit defunctus, totum in exequiis tàm extrà, quàm intrà Ecclesiam officium faciet, ac missam, in Libro, seruata forma Constitutionum nostrarum Synodalium, adnotandam, præsente corpore, gratis solemnitèr celebrabit. Si autèm in propria mortuus fuerit Paræcia, tunc Parochus, ex superstitibus antiquior in Cura prædicta, omnia gratis etiam adimplebit: Iuribus, & præeminentijs quibuscumque, ad Parochos ipsos quomodolibet pertinentibus, in his, & aliis, quæ subdemus, non obstantibus, quæ Nos, de illorum voluntate paritèr, & consensu, jure jurando firmatis, ut ex Instrumento, quod habetur in Actis hujus Synodi, rogato Acol. Notario Dominico Fontanella sub die 6. currentis Mensis, hac Synodali constitutione perpetuò non obstare declaramus, atque decernimus.

C A P. XI.

Quomodo Parochi S. Mariæ Constantinopolitanæ, & Parochorum Regularium funus honestandum.

VT debita intèr omnes seruetur charitatis vicissitudo, statuimus, ut in morte Parochi S. M. Constantinopolitanæ, qui est Canonicus honorarius Insignis nostri Collegij S. Spiritus, àc insupèr duorum Regularium Parochorum, cum ille in sepulcro Canonicorum ejusdem Collegij sepeliri velit, & isti apud Fratres suos apponi debeant, alii Parochi, ac cæteri de Clero ad illorum funera, à Canonicis, & Regularibus respectivè peragenda, in illis etiam Ecclesiis, ubi debito recipientur honore, gratis, ut supra, convenire teneantur.

b CAP.

CAP. XII.

In Presbyterorum exequiis ad quem officium, ad quem missa pertineat, statuitur.

PRo defuncto simplici Presbytero officium, proùt supra, persoluet defuncti Parochus, cui ab his, & à reliquis Clericis solitum carolenos septem cum dimidio exigendi jus reseruamus. Missam verò, in prædicto Libro signandam, prior ordinatus ex Presbyteris gratis cantabit, cum absolutione in fine.

CAP. XIII.

In Diaconorum, cæterorumque inferiorum ordinum Clericorum exequiis munia designantur.

PRo Diaconis, & reliquis ex dicto Clero, defunctis officium pariter, ut supra, ipsorum Parochus efficiet: Sacrum verò, quod in Libro, ut dictum est, erit adnotandum, Ecclesiæ Parochus, ubi exequiæ celebrantur, pro eis operabitur, & absolutionem in fine habebit. Ipsi autèm celebranti trium carolenorum eleemosyna à superuiuentibus Diaconis, Subdiaconis, & aliis Clericis in solidum, absque ulla mora, pro rata contribuetur.

CAP. XIV.

Qui officium facere, vel Missam celebrare debet, impeditus, alium subroget.

SI in his contingat circumstantiis, ad quem prædicta spectabit, infirmari, alioue canonico impedimento præpediri, tunc obligatus, ne exequiarum cultus protrahatur, vel perturbetur, de nostræ Curiæ licentia, alium, qui ejus vices suppleat, illicò inuitet.

CAP. XV.

Pœnæ contra Contumaces declarantur.

SIngulorum tandèm, qui in prædictis, vel eorum singulis exequendis (quod de nostrorum Clericorum obedientia, disciplina,

& pie-

& pietate sentire non audemus) negligentes fuerint, prætèr multam libræ unius ceræ elaboratæ, quam in prædictæ Ecclesiæ S. Andreæ beneficium pro qualibet vice unusquisque solvet, contumaciam quàm acritèr puniemus.

TITULUS III.

De Consecratione Ecclesiæ, vel Altaris.

CAP. UNIC.

Ecclesiarum, & Altarium consecratorum series, cum eorum dotis cognitione, prosequitur.

VT, quæ à Nobis in dies dedicantur, Ecclesiarum, & Altarium dos, vel manutentionis notio amodò non ignorètur, normam, in præcedenti nostra Diœcesana Synodo (*a*) præscriptam, suo ordine prosequimur, eorundem dedicationes, per Nos indè in Urbe nostra, & Archidiœcesi habitas, recensentes. Sunt etenim V. aliæ Ecclesiæ, & Altaria LXIV. quorum Catalogus, ubi consueta de manutentionis onere notitia datur, sequenti alligabitur Appendici.

TITULUS IV.

De Celebratione Missarum, & Divinis Officiis.

CAP. I.

De Sacrorum Rituum inobservantia Archiepiscopus dolens, demandatam eorum executionem inculcat.

TAnta est nostra ergà Dei domus decorem, à cujus zelo quotidie comedimur (*b*), cura, & solicitudo, ùt ne soli quidem illius parietum splendori, ac pretiosis in ea ministrantium vestibus Nos acquiescere patiatur: alia namque mens nostra jugi configitur spina (*c*), cum in Ecclesiasticis ministerijs Dei testimonia, præcepta, & cære-

b 2

(a) *H. 1. cap. 2.* (b) *Psal. 68. n. 12.* (c) *Psal. 31. v. 4.*

celebrantur officia, pro commodiori de iis assequenda cognitione, in Tabella, Mense Decembri, proximè præterito, typis data, enunciauimus. Hanc ipsam, juxtà illius tenorem immutabilem permansuram, præsenti Synodali decreto confirmantes, in hujusmet Synodi calce referemus.

TITULUS V.

De Reliquiis, & Veneratione Sanctorum.

CAP. I.

Vt in Capella Sanctæ Mariæ Majoris Ecclesiæ Metropolitanæ Lampas ardeat, prouidetur.

SAnctorum omnium Regina, Sanctissima Virgo, & Mater Dei Maria, dùm clariùs præ cæteris rutilat, oleo gratiæ præ participibus suis (a) à Christo, ejus filio, repleta, peculiari meretur veneratione coram illa oleum nostræ ardeat exultationis. Quamobrèm ad ejus honorem in nostræ Ecclesiæ Altari, ubi venerandam nupèr collocauimus Tabulam, cum sacra ejusdem Beatæ Virginis Imagine, Romæ de mandato nostro musiua compositione ad illius Archetypi similitudinem plasmata, quod Sancti Euangelistæ Lucæ, ut piè traditur, manu depictum, ibidem in maxima Sanctæ Mariæ Majoris Basilica colitur, Lampadem perpetuò accensam volumus, & nostra hac Synodali constitutione decernimus collucere.

CAP. II.

Dictæ Lampadis manutentio Metropolitano Capitulo assignatur.

HUjus autem Lampadis manutentioni Metropolitanum nostrum Capitulum, currenti hoc anno die 23. Januarii, obnoxium fecimus, dum eidem ducatos 917. gratis jam ipsi diuersis à nobis vicibus, pro bonis illius stabilibus, à postremis Terræ-motibus vel læsis, vel dejectis, in parte reparandis, vel reficiendis, mutuatos, præfata die, ut obseruare licet in scripto publico, prælaudato

(a) *Ad Hebr. 1. v. 9.*

Digitized by Google

dato Not. Fontanella rogato, perpetua, & irreuocabili donationē relaxauimus.

C A P. III.

Idem pro Capella S. Philippi Nerii jàm provisum servetur.

ALiàs cum eodem Capitulo nostro Metropolitano pro alia Lāpade ante nostri præcipui Tutelaris Patroni S. Philippi Nerij Imaginem in Altari, per Nos ipsius nomini dicato, ejusque sacris quibusdam Reliquiis insignito, accensa manutenenda, conuenimus; eique alios ducatos 119. contulimus, ut liquet ex Instrumento, præfato Notario Fontanella rogato sub die 8. Februarii 1696. Quæ conuentio, ut deinceps, proùt usquemodo seruatum est, adimpleatur, hoc quoque decreto statuimus, & sancimus.

T I T U L U S VI.

De Purificatione post partum.

C A P. I.

Non est reprehendenda Mulier, partu levata, si Ecclesiam statim non ingrediatur.

ET si, postquam legis umbra euanuit, nobisque veritas illuxi Euangelii, nullo peccati pondere grauentur Mulieres, si prolem enixæ, statim, debitas Creatori gratias exoluturæ, in Sancta ingredi voluerint: non ideò illarum videtur exprobranda deuotio(*a*), quæ venerationis causa, proptèr quam, & Viro(*b*), cum propria dormienti Vxore, jubetur ab Ecclesiæ ingressu se temperare, aliquandiù judicauerint abstinere.

CAP.

(a) *Cap. Volens h. t.* (b) *Can. Vir de pœnit. dist. 4.*

CAP. II.

Mulieres enixæ, primò domum exeuntes, pro benedictione, sub interdicti pœna, Ecclesiam adeant Parochialem. Regulares ab eis benedicendis se abstineant.

PAtiendum non est autem, plerasque nostri temporis puerperas, cum è domo à partu pedem efferunt, vel, Dei munerum oblitas, aliò, quàm ad Ecclesiam, gressum dirigere, vel, proprio, à quo natus infans æternę suscepit regenerationis lauacrum, despecto Parocho, Regularium Ecclesias adire. Idcircò decernimus, ut mulieres enixæ, cum prima vice domum exierint, è domo Dei aliàs per suos Parochos, quos hac constitutione necessaria declaramus facultate munitos, eiiciendæ, juxtà priscum, & receptũ in Ecclesia usum, ad Ecclesiam se conferant Parochialem, vel illam, ubi pro loci consuetudine sacra venerantur baptisteria; & à Parocho, seruato ritu in Romano Rituali præscripto (a), humilitèr postulent, ac deuotè accipiant benedictionem. Regulares verò tùm nostræ Ciuitatis, tùm Archidiæcesis, à similibus, uti Parochiali juri contrariis, ac nupero Sacrę Rituum Congregationis decreto (b) derogantibus, & ab ipsius rationis tramite penitùs alienis, eos omninò præcipimus continere.

TITULUS VII.

De Ecclesiis ædificandis, vel reparandis.

CAP. I.

Pro Metropolitanæ Ecclesiæ dote, recens aucta, aliàs præscriptum observetur.

QVicquid pro Metropolitanæ nostræ Ecclesiæ dote, à nobis in summa annua ducatorum nouem, & septuaginta constituta, præ-

(a) De benedict. Mulieris post partum. (b) Lato sub die 10. Dec. 1703. & à SS. confirmato die 12. Januar. 1704.

præcedenti XVIII. Synodo (a) decreuimus, id pariter pro illius incremento, ex nouo mille ducatorum capitali, ad summam usque ducatorum centum viginti quatuor hoc anno à paupertate nostra, continua Nos Diui Philippi Nerii Patroni nostri beneficentissimi protectione locupletante, conflato, exequi, & adimpleri sancimus. De hoc autèm clariùs in publicis tabulis, memorato Not. Fontanella rogato, quas eadem Synodalis continebit Appendix.

C A P. II.

Legatum ducatorum mille quondam Archidiaconi Farellæ, Sacristię Metropolitanæ addictum, refertur.

QVos insupèr b. m. Paulus Farella nostræ Ecclesiæ Archidiaconus, vita functus die 22. Septembris elapsi anni, suo, quo obiit, testamẽto, prætèr alia, vel multa pia legata, in ejusdem Ecclesiæ fauorem testatus fuit, ducatos mille, nostro applicandos arbitrio, communi ipsius Ecclesiæ addiximus Sacristiæ, ut eorum fructus in sacras pro Missis solemnibus vestes, quibusdam appositis conditionibus, inuiolabilitèr obseruandis, erogentur, proùt in publicis paginis, prædicto Not. Fontanella rogato, cum præcitata Appendice imprimendis.

T I T V L V S VIII.

De Vsuris.

C A P. I.

Decreta præcedentium Archiepiscoporum contra Vsurarios innouantur, & publicantur.

VSurarum voraginem, quæ Usurariorum animas deuorat, & soluentium facultates exhaurit, in nostra Ciuitate, & Archidiæcesi longè, latèque apertam, compescere cupientes, edictum ab anno 1694. Appendici nostræ IX. Diæcesanæ Synodi insertum, publi-

(a) *Tit. de Conf. Eccl. cap. 3.*

Digitized by Google

blicauimus. Cumque malum hoc quotidie vires sumere, & in dies glilcere conspiciamus, itaut majorem ferè Nobis curam hæc labes incutiat, quàm pastoralis cæterarum omnium rerum solicitudo; ut validiùs eidem occurrere valeremus, Dei voluntas fuit, qui usuras ipsas damnauit (a), & damnat (b), ut opportunè nobis occurrerent, quæ à Prædecessoribus nostris Archiepiscopis, juxtà Sacrorum Canonum leges (c), in hoc genere ordinata fuere. Idcircò præfatum edictum nostrum, quod stabile, & in sua vi decernimus permanere, iterùm confirmantes, omnia, & singula, quæ in præcitato (d) secundo Prouinciali Concilio Archiepiscopi Guidardii contra quoscumque Vsurarios Sancta Synodus sanxit, quibus nihil aptius, nihilque salubrius decerni potest, hìc subnectimus, & Synodali hac nostra constitutione innotiamus.

C A P. II.

Decreta prædicta Concilii Provincialis Anni 1378. transcribuntur, quibus contractus omnes usurarii sub excommunicationis pœna latæ sententiæ probibentur.

§. VIII.

Item statuimus, constituimus, monemus, & ordinamus, quod nullus in Civit. Diœc. & Provinc. Benev. cujuscunque cõditionis, & status existat, per se, vel alium, sub quocunque contractus titulo, vel sine contractu, quocunque colore, vel via, quodcunque genus usurarum debeat committere, vel exercere: alioquin omnes, & singulos contrarium facientes post dies quindecim, ex nunc in antea computandos, excommunicationis sententiæ sint vinculo innodati: & si per mensem unum in dicta senten-

C tia

(a) *Psal.* 14. v. 5. (b) *Lucæ* 6. v. 34. & 35. (c) *Cap.* 1. & 2. *de Vsuris in* 6. (d) *Sup. de Const. cap.* 3.

tia permanserint, teneantur, & puniantur, ultra predi-ctam pęnam, ad pęnam pecuniariam, nostro arbitrio, & ipsorum Suffraganeorum infligendam, nostrę, & ipsorum Suffraganeorum Curiis applicandam.

Vsurarii cum eorum fautoribus excommunicati denunciantur.

§. IX.

ITem denunciamus excommunicatos ipso jure omnes, & singulos de Civit. Diœc & Provinc. Benev. locantes, seù donantes, vel alio quocunque titulo concedentes scientèr usurariis, exercentibus, seù volentibus fęnus, seù usuras exercere, vel eosdem usurarios permittentes sub quocunque colore in eorum domibus, in quibus habitationem habent, vel jus aliquod aliqualiter habeant.

Sub pœna excommunicationis testamenta publicorum usurariorum, nisi data cautione de satisfaciendo, non conficiantur.

§. X.

ITem statuimus, ordinamus, ac etiam una monitione pro tribus, & peremptoriè omnes, & singulos Notarios, & Scriptores Civit. Diœc. & Provinc. Benev. quod nullus testamenta usurariorum Civit. Diœc. & Provinc. Benev. contra quos publica fama laborat, quod usurarii sint, scribant, nullusque Clericus, vel Laicus cujuscunque ordinis, vel conditionis, & status, aut dignitatis existat, pro teste eorum testamentis intersit, aut eisdem usu-

rariis

rariis præstet auxilium, consilium, & favorem in condendis hujusmodi Testamentis, Codicillis, vel quibuscunque ultimis voluntatibus, nisi satisfaciant priùs de usuris perceptis per ipsos. Dictique Notarii, qui scribere hujusmodi Testamenta tanquam personæ publicæ, nomine quorū interest, stipulentur, & etiam de satisfaciendo præstent nobis, & nostris Suffraganeis idoneam cautionem. Contrarium verò facientes, dicta monitione præmissa, excommunicationis sententiæ vinculo volumus subiacere.

Sub pœna excommunicationis usurarii omnes infra dies decem denuncientur.

§. XI.

ITem statuimus, & ordinamus, & sub excommunicationis pena, quam in contrarium facientes, hac nostra canonica monitione præmissa, & una pro omnibus, ferimus in his scriptis, in detestationem tantæ labis, & criminis, præcipimus, quod omnes utriusque sexus dictos usurarios publicos, & manifestos, ubicunque degentes in nostris Civitatibus, Diœc. & Provinc. nobis, aut Vicario nostro, Suffraganeis nostris, aut eorum Vicariis infra decem dierum spatium revelare, & denunciare procurent.

IN HAC VERO' SYNODO.

EX Titulis nostræ XI. Diœcesanæ Synodi sequentia capita relegenda decernimus, nempè

Ex Tit. IV. Cap. VI. & XI.
Ex Tit. IX. Cap. II.
Ex Tit. X. Cap. III. V. & VII.
Ex Tit. XVII. Cap. I. XI. & XVIII.
Ex Tit. XXIV. Cap. XVIII. XXII. XXIII. XXV. XXVIII. XXXIII. & XLV.

Digitized by Google

Ex Tit.xxxvi.Cap.xviii.xix.& xx.
Ex Tit.xxxvii.Cap.i.ii.iii.iv.& v.

DECRETUM.

De iis, quæ ad universas præfatarum Synodorum Constitutiones pertinent.

HOc Decretum, ficuti extat in prima Synodo, in Decimanona hac confirmamus; volumusque, ut omnes, & singulos arctet, ac si ad verbum hic insertum, & relatum fuisse.

DECRETUM.

De Synodi Conclusione.

HÆc sunt, quæ Spiritui Sancto, & nobis decernenda, & promulganda visa sunt in præsenti nostra Decimanona Diœcesana Synodo, quam optatum finem consecutam complemus: propterea ipsam Deo, qui eandem cœpit, & perfecit, gratias agentes, concludendam esse decernimus, & conclusam denunciamus.

DECRETUM.

De Indictione futuræ Synodi.

SYnodum aliam futuram, juxta Sac. Concilii Tridentini sanctiones, & antiquum nostræ Ecclesiæ morem, indicimus habendam esse die 24. mensis Augusti 1705. nisi aliter nobis videbitur.

ROGITUS ACTORUM.

PRædicta omnia, & singula acta, & decreta, in præsenti Synodo contenta, celebrata, promulgata, lecta, lata, & recepta fuisse in S. Metropolitana Ecclesia coram Reverendissimo Capitulo ejusdem Metropolitanæ, necnon M. Rev. Capitulis Collegiatarum Urbis,

Digitized by Google

bis,& Clero Urbano,& Foraneo de more sub die 24. Augusti 1704. fidem facio, atque testor.

Ego P. Canonicus Sanctorius Curiæ Archiepiscopalis Cancellarius, & Synodi Notarius.

ACCLAMATIONES.

Habentur in prima Synodo Diœcesana propè finem.

DECRETUM ULTIMUM.

De Synodi dimissione.

AD laudem Omnipotentis DEI, Beatissimæque semper Virginis MARIÆ Matris DEI, S.Michaelis Archangeli,B.Apostoli Bartholomæi, SS.Pontificum Januarii, & Barbati,SS.Confessorum Dominici, & Philippi Nerii, reliquorumque hujus nostræ Civitatis SS. Patronorum, cæterorumque Sanctorum, Synodum dissolutam, ac dimissam decernimus, itaut unicuique licitum sit ad proprias Ecclesias redire. Hortamur tamen,& obsecramus vos,Fratres charissimi, quatenus tales in vestro munere sitis,ut in moribus vestris hujus nostræ Synodi fructus elucescat, & vestro exemplo imitationem sanctam plebs acquirat. Lauretanæ verò Litaniæ adhuc singulis Sabbatis recitentur, ad consequendum spirituale stipendium centum dierum de vera indulgentia,in prima Provinciali no-

nostra Synodo à nobis pro tota Provincia concessum,& in secunda confirmatum, exorantibus Deum, ut B. MARIA semper Virgine DEI Genitrice intercedente, Diœcesanarum, Provincialiumque Constitutionum Decreta salutari executioni demandentur.

FINIS.

IVDICES, ET EXAMINATORES SYNODALES.

Confirmati sunt omnes in Superioribus Synodis enumerati, quibus, ob aliquorum mortem, accesserunt infrascripti.

Ex Clero Regulari Vrbano.

Rev.P.Hieronymus ab Ascensione Congr. Scholarum piarum.
Rev.P.Alexius à S.Joseph ejusdem Congregat.





AP-

bis, & Clero Urbano, & Foraneo de more sub die 24. Augusti 1704. fidem facio, atque testor.

Ego P. Canonicus Sanctorius Curiæ Archiepiscopalis Cancellarius, & Synodi Notarius.

ACCLAMATIONES.

Habentur in prima Synodo Diœcesana propè finem.

DECRETUM ULTIMUM.

De Synodi dimissione.

AD laudem Omnipotentis DEI, Beatissimæque semper Virginis MARIÆ Matris DEI, S. Michaelis Archangeli, B. Apostoli Bartholomæi, SS. Pontificum Januarii, & Barbati, SS. Confessorum Dominici, & Philippi Nerii, reliquorumque hujus nostræ Civitatis SS. Patronorum, cæterorumque Sanctorum, Synodum dissolutam, ac dimissam decernimus, itaut unicuique licitum sit ad proprias Ecclesias redire. Hortamur tamen, & obsecramus vos, Fratres charissimi, quatenus tales in vestro munere sitis, ut in moribus vestris hujus nostræ Synodi fructus elucescat, & vestro exemplo imitationem sanctam plebs acquirat. Lauretanæ verò Litaniæ adhuc singulis Sabbatis recitentur, ad consequendum spirituale stipendium centum dierum de vera indulgentia, in prima Provinciali

no-

nostra Synodo à nobis pro tota Provincia concessum, & in secunda confirmatum, exorantibus Deum, ut B. MARIA semper Virgine DEI Genitrice intercedente, Diœcesanarum, Provincialiumque Constitutionum Decreta salutari executioni demandentur.

FINIS.

JVDICES, ET EXAMINATORES SYNODALES.

Confirmati sunt omnes in Superioribus Synodis enumerati, quibus, ob aliquorum mortem, accesserunt infrascripti.

Ex Clero Regulari Urbano.

Reu. P. Nicolaus Canati Soc. Jesu.
Rev. P. Petrus Paulus ab Ascensione Religionis Scholarũ piarum.
Rev. P. Alexius à S. Joseph ejusdem Religionis.





AP-

APPENDICE
AL DECIMONONO SINODO
DIOCESANO
Della Santa Chiesa di Benevento.

I.
CONCILIUM PROVINCIALE II.
ARCHIEPISCOPI HUGONIS GUIDARDII
De Anno 1378.
Citatum supra Tit. de Constit. Cap. 4.

HUgo Dei, & Apostolice Sedis gratia Archiepiscopus Beneventanus, una cum Venerabilibus Fratribus Suffraganeis nostris, & Venerabili Capitulo nostre Beneventane Ecclesie Consilium Provinciale, & Synodale tenentes, constitutiones, & statuta per ipsos predecessores nostros retroactis temporibus in suis Provincialibus Conciliis edita, & salubritèr ordinata, ne quis pretextu ignorantie ab observatione ipsorum se valeat excusare, aut pretextu tarde publicationis earum fortè arderet in desuetudinem abiisse; una cum dictis Suffraganeis, & Capitulo nostris de voluntate eorum, consilii paritèr assensu approbamus, innovamus, & ea perpetuis futuris temporibus irrefragabilitèr observari volumus, & mandamus. Et quia Pastoralis Officii nos cura sollicitat, sit utilitatibus subiectorum in illis precipuè, que animarum saluti consulunt, sollicitè providere, quedam alia statuta, monita salubria, & mandata ad honorem Omnipotentis Dei, totiusque celestis Curie utilitatem paritèr, & trãquillitatem totius Provincie de novo statuimus, sancimus, & ordinamus de voluntate paritèr, & assensu totius Capituli nostre Beneventane Ecclesie, & Reverendorum in Christo Patrũ Episcoporum Suffraganeorum nostrorum infrascriptorum, auctoritateque Metropolitana ab omnibus legi, tere, & intelligi, diligentèrque, & firmitèr observari precipimus, & mandamus, quatenus transgressionem ipsorum, qui inobedientiam in- Prefatio.

A cur-

currerent, castigatione debita, prout res exegerit, meritis puniemus, nisi fertè alitèr alicui obviarent supra quod dispónere, seù quidquam facere non valemus; tunc volumus pro non statutis haberi.

Heretici omnes damnantur: ipsorum bona Curiæ Fisco applicantur.

II. In primis namque dapnamus, & perpetuò reprobamus omnem heresim, & hereticam pravitatem extollentem se adversus sanctam Orthodoxam, & Catholicam Fidem in hiis scriptis excommunicatos puplicè nunciamus omnes hereticos Patarenos, Gazatores, pauperes de Ludino, Passaginos, Cesalpinos, Manicheos, Amadistas, Spenonestos, & alios omnes quibuscumque nominibus nuncupentur, & credentes eisdem, ut adeo sint excommunicati, & perpetuò maledicti, & bona ipsorum sint nobis, & nostre Curie confiscata, & Suffraganeorum nostrorum, prout spectat ad nos, & quemlibet eorundem.

Excōmunicationis, & unius augustalis pæna contra blasphæmos infligitur.

III. Item statuimus, & ordinamus, & sub excommunicationis pena, & unius augustalis nostre Curie, & nostrorum Suffraganeorum dictorum applicanda, quod nullus de Civitate, Dyocesi, & Provincia Beneventana Clericus, sivè Laycus, mas, vel femina audeat blasfemare, vel presumat Deum, Beatam Virginem ejus Matrem, Sanctos, vel aliquem Sanctorum, nec in picturis, & imaginibus eorum, vel alibi depictis, vel extra iniuriam facere aliquale.

Pæna excōmunicationis contra depingentes in Ecclesiis imagines Sanctorū, non dum ab Ecclesia canonizatorū: ac item contra fures sacrilegos.

*Alias conditionis.

* Alias dissidere.

IV. Item presenti constitutione monemus una monitione pro tribus, & peremptoriè, quod nullus de Civitate, Dyocesi, & Provincia Beneventana cujuscunque status, ordinis, vel conditione* existat, presumat depingere, seù depingi facere signum, seù imaginem alicujus in Ecclesiis, & locis aliis quibuscunque sub nomine Sancti, qui non fuerit expressè per Sedem Apostolicam approbatus, & canonizatus, cum Romana Ecclesia Mater sit fidelium, & Magistra, nec liceat à capite membra* diffedere, ne populus exindè novo decipiatur herrore, alias in omnes, & singulos in contrarium facientes ex nunc, prout ex tunc excommunicationis sententiam ferimus in hiis scriptis.

* Alias Civitatis.

* Alias memorato.

Item sacrilegorum nefandam heresim reputantes excommunicamus sententialitèr in hiis scriptis omnes, & singulos subtrahētes de Ecclesiis, sivè Capellis Civitate* Dyocesis, & Prov. Benev. calices, seù libros, vel vestimenta Sacerdotalia, seù paramenta Altaris, turribulum... Crucem, candelabra, sivè aliquod predictorum ad divinum obsequium deputatum, & generalitèr omnes, & singulos sacrilegos, eorumque participes in crimine momorato.*

V. Item

V. Item presenti constitutione statuimus, & mandamus, quod nullus de Civitate, Dyoc. & Provinc. Benev. Clericus, sivè Laycus, masculus, vel femina presumat aliquam speciem divinationis, sivè invocationis demonum, vel speciem aliquam maleficii * faci nomine, vel fatture aliquatenus exercere, nec facere exerceri, nec cum exercitoribus scientèr in ipso exerticio * interesse. Omnes autem, & singulos contrarium facientes ex nunc, prout ex tunc in hiis scriptis excommunicationis vinculo sententialitèr invadamus * aliis penis à jure statutis, per nos, aut Suffraganeos nostros, prout ad quemlibet eorum pertinet, nostro, vel eorum arbitrio infligendis, spiritualibus, vel pecuniariis juxtà personarum qualitates, & . . . . . delictus * in suo robore duraturis. Mandamus nihilominus universis, & singulis Archipresbiteris Ecclesiarum Pastoribus, Presbiteris, & Cappellanis Civit. Dyoc. & Provinc. Benev. sub excom. pena, quam scientèr contrarium facientes incurrere volumus ipso facto, quod singulis diebus Dominicis divinatores, aurufpices, & alios supra nominatos in eorum Ecclesiis puplicè denuncient excommunicationis vinculo innodatos campanis, * extinctis, dum divina officia celebrantur.

Pena excommunicat. onis contra maleficos, & facrilegos. Parochi eosdem, & qui fuerint in eorum Parecia, singulis Dominicis populo denuncient.

* Alias facti.

* Alias exercitio.

* Forsan innodamus

* Alias delictorum.

* Adde, & candelis.

VI. Item addicienter precipimus, & mandamus omnibus, & singulis Abbatibus, Archipresbiteris, Eccleiiarum Rectoribus, & aliis superius nominatis sub pena predicta excommunicationis, ut crisma, oleum sanctum, & alia sacramenta, seù liquores, ita, & talitèr custodire procurent, quod nullus sacramenta ipsa, seù eorum aliquid accipere valeat sine eorum expressa licentia, & permissu, in contrarium autem presumentes, tàm permictentes, quàm recipientes excommunicationis sententiam ferimus in hiis scriptis; volētes, & etiam mandantes expresè eisdem, ut vasa, in quibus sanctum crisma, & oleum reponuntur fiant de cetero, & sint de stagno, vel metallo, & non de vitro, ita quod facilitèr frangi non possint, nec liquores effundi.

Sacramenta, & Sacramentalia diligenter custodiantur; eorū vasa vitrea de cætero non habeantur.

VII. Item denunciamus excommunicatos omnes, & singulos fractores, & molitores Ecclesiarum, & Monasteriorum, & aliorum locorum Religiosorom, & piorum locorum, & omnes, & singulos incendiarios, falsarios literarum Apostolicarum, Archiepiscopaliū, Episcopalium, Proditores Apostolice Sedis, & Officialium ejus, at * nostrorum, & nostre Beneventane Ecclesie, & Suffraganeorum nostrorum, & fautores eorundem, qui omnes tàm diù excommunicationis sententie subiaceant, donec ad gremium S. Matris Eccle-

Ecclesiarum, & aliorū piorum locorum molitores, incēdiarii, literarum Apostolicarum, & aliorū Ordinariorū falsarii, eorumque proditores, & fautores excommunicātur.

* Alias ac.

 sie

sie veniant, absolutionem, & misericordiam petituri.

Contractus omnes usurarii sub excommunicationis pena prohibentur.

* Alias statu.

* Alias via.

* Alias debeat.

VIII. Item statuimus, constituimus, monemus, & ordinamus, quod nullus in Civit. Dyoc.& Provinc. Benev. cujuscunque conditionis, & statu * existat per se, vel alium sub quocunque contractus titulo, vel sine contractu quocunque colore, vel via * quodcunque genus usurarum debent * committere, vel exercere: alioquin omnes, & singulos contrarium facientes post dies quindecim ex nunc in antea computandos excommunicationis sententie sint vinculo innodati, & si per mensem unum in dicta sententia permanserint, teneantur, & puniantur, ultra predictam penam, ad penam pecuniariam nostro arbitrio, & ipsorum Suffraganeorum infligendam, nostro *, & ipsorum Suffraganeorum Curiis applicandam.

* Alias nostre.

Usurarii cum eorum fautoribus excommunicati denunciantur.

* Alias habeant.

IX. Item denunciamus excommunicatos ipso jure omnes, & singulos de Ciuitate, Dyocesi, & Prouinc. Benev. locantes, seù donantes, vel alio quocunque titulo concedentes, scientèr usurariis exercentibus, seù volentibus fenus, seù usuras exercere, vel eosdem usurarios permictentes sub quocunque colore in eorum domibus, in quibus habitationem habent, vel jus aliquod aliqualiter habitant *.

Sub pena excommunicationis testamenta publicorum usurariorum, nisi data cautione de satisfaciendo, non cõficiantur.

* Alias fama.

* Alias ultimis.

* Idest etiam.

X. Item statuimus, ordinamus, ac etiam una monitione pro tribus, & peremptoriè omnes, & singulos Notarios, & Scriptores Ciuit. Dyoc.& Prouinc. Beneu. quod nullus testamenta usurariorum Ciuit. Dyoc.& Prouinc. Beneu. contra quos publica forma * laborat, quod usurarii sint, scribant, nullusque Clericus, vel Laycus cujuscunque ordinis, vel conditionis, & status, aut dignitatis existat pro teste eorum testamentis intersit, aut eisdem usurariis prestet auxilium, consilium, & fauorem in condendis hujusmodi Testamentis, Codicillis, vel quibuscunque ultimũ * voluntatibus, nisi satisfaciant priùs de usuris perceptis per ipsos. Dictique Notarii, qui scribere hujusmodi Testamenta tanquam persone puplice, nomine quorum interest, stipulentur, & * de satisfaciendo prestent nobis, & nostris Suffraganeis ydoneam cautionem. Contrarium verò facientes, dicta monitione premissa, excommunicationis sententie vinculo volumus subiacere.

Sub pena excommunicationis usurarii omnes infra dies decẽ denunsiẽtur.

XI. Item statuimus, & ordinamus, & sub excommunicationis pena, quam in contrarium facientes hac nostra canonica monitione premissa, & una pro omnibus ferimus in hiis scriptis in detestationem tante labis, & criminis, precipimus, quod omnes utriusque sexus dictos usurarios puplicos, & manifestos ubicunque degentes

in

in nostris Civitatibus, Dyoc. & Provinc. nobis, aut Vicario nostro, Suffraganeis nostris, aut eorum Vicariis infra decem dierum spatium revelare, & denunciare procurent.

XII. Item temeritatem effrenatam falsorum testium reprimentes excommunicamus sententialitèr in hiis scriptis omnes, & singulos prohibentes, seù producentes falsum testimonium, vel falsos testes, vel utentes testibus, seù attestationibus quibuslibet, Instrumentis falsis sciëntèr in quacunque Curia Civitat. Dyoc. & Provinc. Benev. & nichilominus, preter excommunicationis penam predictam, delinquentes in aliquo predictorum in nostra Archiepiscopali Curia, nostro, vel aliorum, in quorum Curiis delinquentes reperti fuerint, arbitrio, & eorum * decernimus puniendos.

Pœna excõmunicationis fertur contra falsos testes, falsisque scripturis utẽtes.

XIII. Item, ut terror symoniace pravitatis, & labes ejus funditùs extirpentur, monemus sub excommunicationis pena, & ordinamus, atque statuimus, quod nullus de Civitate, Dyoc. & Provinc. Benev. pro aliquo beneficio obtinendo aliquod Spirituale ex pacto, vel juramento, vel aliquod temporale, pecuniam, vel aliqua bona promictat, seù donet alicui Episcopo, Abbati, vel * aliquo Domino spirituali, nec non Comiti, Barono, aliisque personis secularibus cujuscunque existant preheminentie, seù patronis Ecclesiarum quarumcumque, vel sue familie, vel etiam alicui alteri mediatori, vel procuratori quocunque quesito colore, vel etiam per aliquam transactionem cujuscunque beneficii Ecclesiastici, seù permutatiotionem, nisi in quãtum jura permictunt; supradicti autem sic symoniam commictentes, tàm dantes, quàm recipientes, quàm etiam mediatores, ac etiam promictentes, & jurantes sint beneficiis Ecclesiasticis, que obtinent, ipso facto privati, & nichilominus sententiam excommunicationis incurrant. Adicientes nichilominus, & mandantes, quod nullus patronus Ecclesie Civit. Dyoc. & Provinc. predictarum cujuscunque status, preheminentie, aut conditionis existat, literas collationis dicte Ecclesie, seù institutionis presentati ad dictam Ecclesiam, seù in posterum presentandi, penes se retineat, seù habeat quoquo modo. Immò ipsas esse volumus penes institutum predictum, donec vixerit, & quod nullus patronus Ecclesie cujuscunque predictarum Civitat. Dyocef. & Provinc. quocunque quesito colore recipiat, aut recipere possit quotam alienam fructuum, seù reddituum ipsius Ecclesie ab instituto predicto, nec aliquod annuum ab hujusmodi presentato, seù presentando per eum. Contrarium verò facientes tàm dantes, quàm accipientes

* Alias etiam
Beneficia simoniacè procurantes excommunicãtur. Patroni ne aliquid annuũ ex pacto à præsentatis accipiant sub eadem pena.
* Alias alicui.

præcedenti XVIII. Synodo (a) decreuimus, id paritèr pro illius incremento, ex nouo mille ducatorum capitali, ad summam usque ducatorum centum viginti quatuor hoc anno à paupertate nostra, continua Nos Diui Philippi Nerii Patroni nostri beneficentissimi protectione locupletante, conflato, exequi, & adimpleri sancimus. De hoc autèm clariùs in publicis tabulis, memorato Not. Fontanella rogato, quas eadem Synodalis continebit Appendix.

C A P. II.

Legatum ducatorum mille quondam Archidiaconi Farellæ, Sacristiæ Metropolitanæ addictum, refertur.

QVos insupèr b. m. Paulus Farella nostræ Ecclesiæ Archidiaconus, vita functus die 22. Septembris elapsi anni, suo, quo obiit, testamēto, prætèr alia, vel multa pia legata, in ejusdem Ecclesiæ fauorem testatus fuit, ducatos mille, nostro applicandos arbitrio, communi ipsius Ecclesiæ addiximus Sacristiæ, ut eorum fructus in sacras pro Missis solemnibus vestes, quibusdam appositis conditionibus, inuiolabilitèr obseruandis, erogentur, proùt in publicis paginis, prædicto Not. Fontanella rogato, cum præcitata Appendice imprimendis.

T I T V L V S VIII.

De Vsuris.

C A P. I.

Decreta præcedentium Archiepiscoporum contra Vsurarios innouantur, & publicantur.

VSurarum voraginem, quæ Usurariorum animas deuorat, & soluentium facultates exhaurit, in nostra Ciuitate, & Archidiœcesi longè, latèque apertam, compescere cupientes, edictum ab anno 1694. Appendici nostræ IX. Diœcesanæ Synodi insertum, publi-

(a) *Tit. de Conf. Eccl. cap. 3.*

blicauimus. Cumque malum hoc quotidie vires sumere, & in dies glifcere confpiciamus, itaut majorem ferè Nobis curam hæc labes incutiat, quàm paftoralis cæterarum omnium rerum folicitudo; ut validiùs eidem occurrere valeremus, Dei voluntas fuit, qui ufuras ipfas damnauit *(a)*, & damnat *(b)*, ut opportunè nobis occurrerent, quæ à Prædecefforibus noftris Archiepifcopis, juxtà Sacrorum Canonum leges *(c)*, in hoc genere ordinata fuere. Idcircò præfatum edictum noftrum, quod ftabile, & in fua vi decernimus permanere, iterùm confirmantes, omnia, & fingula, quæ in præcitato *(d)* fecundo Prouinciali Concilio Archiepifcopi Guidardii contra quofcumque Vfurarios Sancta Synodus fanxit, quibus nihil aptius, nihilque falubrius decerni poteft, hìc fubnectimus, & Synodali hac noftra conftitutione innotiamus.

C A P. II.

Decreta prædicta Concilii Provincialis Anni 1378. *transcribuntur, quibus contractus omnes ufurarii fub excommunicationis pœna latæ fententiæ probibentur.*

§. VIII.

ITem ftatuimus, conftituimus, monemus, & ordinamus, quod nullus in Civit. Diœc. & Provinc. Benev. cujufcunque cõditionis, & ftatus exiftat, per fe, vel alium, fub quocunque contractus titulo, vel fine contractu, quocunque colore, vel via, quodcunque genus ufurarum debeat committere, vel exercere: alioquin omnes, & fingulos contrarium facientes poft dies quindecim, ex nunc in antea computandos, excommunicationis fententiæ fint vinculo innodati: & fi per menfem unum in dicta fenten-

C tia

(a) *Pfal.* 14. *v.* 5. (b) *Lucæ* 6. *v.* 34. & 35. (c) *Cap.* 1. & 2. *de Vfuris in* 6. (d) *Sup. de Conft. cap.* 3.

tia permanserint, teneantur, & puniantur, ultra prędictam pęnam, ad pęnam pecuniariam, nostro arbitrio, & ipsorum Suffraganeorum infligendam, nostrę, & ipsorum Suffraganeorum Curiis applicandam.

Vsurarii cum eorum fautoribus excommunicati denunciantur.

§. IX.

Item denunciamus excommunicatos ipso jure omnes, & singulos de Civit. Dioec & Provinc. Benev. locantes, seù donantes, vel alio quocunque titulo concedentes scientèr usurariis, exercentibus, seù volentibus fęnus, seù usuras exercere, vel eosdem usurarios permittentes sub quocunque colore in eorum domibus, in quibus habitationem habent, vel jus aliquod aliqualiter habeant.

Sub pœna exccommunicationis testamenta publicorum usurariorum, nisi data cautione de satisfaciendo, non conficiantur.

§. X.

Item statuimus, ordinamus, ac etiam una monitione pro tribus, & peremptoriè omnes, & singulos Notarios, & Scriptores Civit. Diœc. & Provinc. Benev. quod nullus testamenta usurariorum Civit. Diœc. & Provinc. Benev. contra quos publica fama laborat, quod usurarii sint, scribant, nullusque Clericus, vel Laicus cujuscunque ordinis, vel conditionis, & status, aut dignitatis existat, pro teste eorum testamentis intersit, aut eisdem usu-

rariis

rariis præstet auxilium, consilium, & favorem in condendis hujusmodi Testamentis, Codicillis, vel quibuscunque ultimis voluntatibus, nisi satisfaciant priùs de usuris perceptis per ipsos. Dictique Notarii, qui scribere hujusmodi Testamenta tanquam personæ publicæ, nomine quorũ interest, stipulentur, & etiam de satisfaciendo præstent nobis, & nostris Suffraganeis idoneam cautionem. Contrarium verò facientes, dicta monitione præmissa, excommunicationis sententiæ vinculo volumus subiacere.

Sub pœna excommunicationis usurarii omnes infra dies decem denuncientur.

§. XI.

ITem statuimus, & ordinamus, & sub excommunicationis pena, quam in contrarium facientes, hac nostra canonica monitione præmissa, & una pro omnibus, ferimus in his scriptis, in detestationem tantæ labis, & criminis, præcipimus, quod omnes utriusque sexus dictos usurarios publicos, & manifestos, ubicunque degentes in nostris Civitatibus, Diœc. & Provinc. nobis, aut Vicario nostro, Suffraganeis nostris, aut eorum Vicariis infra decem dierum spatium revelare, & denunciare procurent.

IN HAC VERO' SYNODO.

EX Titulis nostræ XI. Diœcesanæ Synodi sequentia capita relegenda decernimus, nempè

Ex Tit. IV. Cap. VI. & XI.
Ex Tit. IX. Cap. II.
Ex Tit. X. Cap. III. V. & VII.
Ex Tit. XVII. Cap. I. XI. & XVIII.
Ex Tit. XXIV. Cap. XVIII. XXII. XXIII. XXV. XXVIII. XXXIII. & XLV.

Digitized by Google

bis,& Clero Urbano,& Foraneo de more ſub die 24. Auguſti 1704. fidem facio, atque teſtor.

Ego P. Canonicus Sanctorius Curiæ Archiepiſcopalis Cancellarius, & Synodi Notarius.

ACCLAMATIONES.

Habentur in prima Synodo Diœceſana propè finem.

DECRETUM ULTIMUM.

De Synodi dimiſſione.

AD laudem Omnipotentis DEI, Beatiſſimæque ſemper Virginis MARIÆ Matris DEI, S.Michaelis Archangeli,B.Apoſtoli Bartholomæi, SS.Pontificum Januarii,& Barbati,SS.Confeſſorum Dominici, & Philippi Nerii, reliquorumque hujus noſtræ Civitatis SS. Patronorum, cæterorumque Sanctorum, Synodum diſſolutam, ac dimiſſam decernimus, itaut unicuique licitum ſit ad proprias Eccleſias redire. Hortamur tamen,& obſecramus vos,Fratres chariſſimi, quatenus tales in veſtro munere ſitis,ut in moribus veſtris hujus noſtræ Synodi fructus eluceſcat, & veſtro exemplo imitationem ſanctam plebs acquirat. Lauretanæ verò Litaniæ adhuc ſingulis Sabbatis recitentur, ad conſequendum ſpirituale ſtipendium centum dierum de vera indulgentia,in prima Provinciali no-

bis, & Clero Urbano, & Foraneo de more sub die 24. Augusti 1704. fidem facio, atque testor.

Ego P. Canonicus Sanctorius Curiæ Archiepiscopalis Cancellarius, & Synodi Notarius.

ACCLAMATIONES.

Habentur in prima Synodo Diœcesana propè finem.

DECRETUM ULTIMUM.

De Synodi dimissione.

AD laudem Omnipotentis DEI, Beatissimæque semper Virginis MARIÆ Matris DEI, S. Michaelis Archangeli, B. Apostoli Bartholomæi, SS. Pontificum Januarii, & Barbati, SS. Confessorum Dominici, & Philippi Nerii, reliquorumque hujus nostræ Civitatis SS. Patronorum, cæterorumque Sanctorum, Synodum dissolutam, ac dimissam decernimus, itaut unicuique licitum sit ad proprias Ecclesias redire. Hortamur tamen, & obsecramus vos, Fratres charissimi, quatenus tales in vestro munere sitis, ut in moribus vestris hujus nostræ Synodi fructus elucescat, & vestro exemplo imitationem sanctam plebs acquirat. Lauretanæ verò Litaniæ adhuc singulis Sabbatis recitentur, ad consequendum spirituale stipendium centum dierum de vera indulgentia, in prima Provinciali no-

Digitized by Google

nostra Synodo à nobis pro tota Provincia concessum, & in secunda confirmatum, exorantibus Deum, ut B. MARIA semper Virgine DEI Genitrice intercedente, Diœcesanarum, Provincialiumque Constitutionum Decreta salutari executioni demandentur.

F I N I S.

IUDICES, ET EXAMINATORES SYNODALES.
Confirmati sunt omnes in Superioribus Synodis enumerati, quibus, ob aliquorum mortem, accesserunt infrascripti.

Ex Clero Regulari Urbano.

Reu. P. Nicolaus Canati Soc. Jesu.
Rev.P.Petrus Paulus ab Ascensione Religionis Scholarũ piarum.
Rev.P.Alexius à S.Joseph ejusdem Religionis.





APPENDICE

AL DECIMONONO SINODO

DIOCESANO

Della Santa Chiesa di Benevento.

I.

CONCILIUM PROVINCIALE II.

ARCHIEPISCOPI HUGONIS GUIDARDII

De Anno 1378.

Citatum supra Tit. de Constit. Cap. 4.

HUgo Dei, & Apostolice Sedis gratia Archiepiscopus Beneventanus, una cum Venerabilibus Fratribus Suffraganeis nostris, & Venerabili Capitulo nostre Beneventane Ecclesie Consilium Provinciale, & Synodale tenentes, constitutiones, & statuta per ipsos predecessores nostros retroactis temporibus in suis Provincialibus Conciliis edita, & salubritèr ordinata, ne quis pretextu ignorantie ab observatione ipsorum se valeat excusare, aut pretextu tarde publicationis earum fortè arderet in desuetudinem abiisse; unà cum dictis Suffraganeis, & Capitulo nostris de voluntate eorum, consilii paritèr assensu approbamus, innovamus, & ea perpetuis futuris temporibus irrefragabilitèr observari volumus, & mandamus. Et quia Pastoralis Officii nos cura sollicitat, sit utilitatibus subiectorum in illis precipuè, que animarum saluti consulunt, sollicitè providere, quedam alia statuta, monita salubria, & mandata ad honorem Omnipotentis Dei, totiusque celestis Curie utilitatem paritèr, & trãquillitatem totius Provincie de novo statuimus, sansimus, & ordinamus de voluntate paritèr, & assensu totius Capituli nostre Beneventane Ecclesie, & Reverendorum in Christo Patrũ Episcoporum Suffraganeorum nostrorum infrascriptorum, auctoritateque Metropolitana ab omnibus legi tenere, & intelligi, diligentèrque, & firmitèr observari precipimus, & mandamus, quatenus transgressionem ipsorum, qui inobedientiam in- Præfatio.

 cur-

currerent, castigatione debita, prout res exegerit, meritis puniemus, nisi fertè alitèr alicui obviarent supra quod disponere, seù quidquam facere non valemus, tunc volumus pro non statutis haberi.

Heretici omnes damnantur: ipsorum bona Curiæ Fisco applicantur.

II. In primis namque dapnamus, & perpetuò reprobamus omnem heresim, & hereticam pravitatem extollentem se adversus sanctam Orthodoxam, & Catholicam Fidem in hiis scriptis excommunicatos puplicè nunciamus omnes hereticos Patarenos, Gazatores, pauperes de Ludino, Passaginos, Cesalpinos, Manicheos, Amadistas, Spenonestos, & alios omnes quibuscumque nominibus nuncupentur, & credentes eisdem, ut adeo sint excommunicati, & perpetuò maledicti, & bona ipsorum sint nobis, & nostre Curie confiscata, & Suffraganeorum nostrorum, prout spectat ad nos, & quemlibet eorundem.

Excōmunicationis, & unius augustalis pæna contra blasphæmos infligitur.

III. Item statuimus, & ordinamus, & sub excommunicationis pena, & unius augustalis nostre Curie, & nostrorum Suffraganeorum dictorum applicanda, quod nullus de Civitate, Dyocesi, & Provincia Beneventana Clericus, sivè Laycus, mas, vel femina audeat blasfemare, vel presumat Deum, Beatam Virginem ejus Matrem, Sanctos, vel aliquem Sanctorum, nec in picturis, & imaginibus eorum, vel alibi depictis, vel extra iniuriam facere aliquale.

Pæna excōmunicationis contra depingentes in Ecclesiis imagines Sanctorū, non dum ab Ecclesia canonizatorū: ac item contra fures sacrilegos.

IV. Item presenti constitutione monemus una monitione pro tribus, & peremptoriè, quod nullus de Civitate, Dyocesi, & Provincia Beneventana cujuscunque status, ordinis, vel conditione* existat, presumat depingere, seù depingi facere signum, seù imaginem alicujus in Ecclesiis, & locis aliis quibuscunque sub nomine Sancti, qui non fuerit expressè per Sedem Apostolicam approbatus, & canonizatus, cum Romana Ecclesia Mater sit fidelium, & Magistra, nec liceat à capite membra* dissedere, ne populus exinde novo decipiatur herrore, alias in omnes, & singulos in contrarium facientes ex nunc, prout ex tunc excommunicationis sententiam ferimus in hiis scriptis.

* Alias conditionis.

* Alias dissidere.

Item sacrilegorum nefandam heresim reputantes excommunicamus sententialitèr in hiis scriptis omnes, & singulos subtrahētes de Ecclesiis, sivè Capellis Civitate* Dyocesis, & Prov. Benev. calices, seù libros, vel vestimenta Sacerdotalia, seù paramenta Altaris, turribulum... Crucem, candelabra, sivè aliquod predictorum ad divinum obsequium deputatum, & generalitèr omnes, & singulos sacrilegos, eorumque participes in crimine momorato.*

* Alias Civitatis.

* Alias memorato.

V. Item

V. Item presenti constitutione statnimus, & mandamus, quod nullus de Civitate, Dyoc. & Provinc. Benev. Clericus, sivè Laycus, masculus, vel femina presumat aliquam spetiem divinationis, sivè invocationis demonum, vel spetiem aliquam maleficii * faci nomine, vel fatture aliquatenus exercere, nec facere exerceri, nec cum exercitoribus scientèr in ipso exertICIO * interesse. Omnes autem, & singulos contrarium facientes ex nunc, prout ex tunc in hiis scriptis excommunicationis vinculo sententialitèr invadamus * aliis penis à jure statutis, per nos, aut Suffraganeos nostros, prout ad quemlibet eorum pertinet, nostro, vel eorum arbitrio infligendis, spiritualibus, vel pecuniariis juxtà personarum qualitates, & . . . . . delictus * in suo robore duraturis. Mandamus nihilominus universis, & singulis Archipresbiteris Ecclesiarum Pastoribus, Presbiteris, & Cappellanis Civit. Dyoc. & Provinc. Benev. sub excom. pena, quam scientèr contrarium facientes incurrere volumus ipso facto, quod singulis diebus Dominicis divinatores, aurufpices, & alios supra nominatos in eorum Ecclesiis puplicè denuncient excommunicationis vinculo innodatos campanis, * extinctis, dum divina officia celebrantur.

Pena excommunicationis contra maleficos, & sacrilegos. Parochi eosdem, si qui fuerint in eorum Parecia, singulis Dominicis populo denuncient.

*Alias facti.

*Alias exercitio.

*Forsan innodamus

*Alias delictorum.

*Adde, & cādelis.

VI. Item addicienter precipimus, & mandamus omnibus, & singulis Abbatibus, Archipresbiteris, Ecclesiarum Rectoribus, & aliis superius nominatis sub pena predicta excommunicationis, ut crisma, oleum sanctum, & alia sacramenta, seù liquores, ita, & talitèr custodire procurent, quod nullus sacramenta ipsa, seù eorum aliquid accipere valeat sine eorum expressa licentia, & permissu, in contrarium autem presumentes, tàm permictentes, quàm recipientes excommunicationis sententiam ferimus in hiis scriptis; volētes, & etiam mandantes expressè eisdem, ut vasa, in quibus sanctum crisma, & oleum reponuntur fiant de cetero, & sint de stagno, vel metallo, & non de vitro, ita quod facilitèr frangi non possint, nec liquores effundi.

Sacramenta, & Sacramentalia diligenter custodiantur: eorū vasa vitrea de cætero non habeantur.

VII. Item denunciamus excommunicatos omnes, & singulos fractores, & molitores Ecclesiarum, & Monasteriorum, & aliorum locorum Religiosorom, & piorum locorum, & omnes, & singulos incendiarios, falsarios literarum Apostolicarum, Archiepiscopalium, Episcopalium, Proditores Apostolice Sedis, & Officialium ejus, at * nostrorum, & nostre Beneventane Ecclesie, & Suffraganeorum nostrorum, & fautores eorundem, qui omnes tàm diù excommunicationis sententie subiaceant, donec ad gremium S. Matris Eccle-

Ecclesiarum, & aliorū piorum locorum molitores, incēdiarii, literarum Apostolicarum, & aliorū Ordinariorū falsarii, eorumque proditores, & fautores excōmunicātur.

*Alias ac.

sie veniant, absolutionem, & misericordiam petituri.

Contractus omnes usurarii sub excõmunicationis pęna prohibentur. VIII. Item statuimus, constituimus, monemus, & ordinamus, quod nullus in Civit. Dyoc.& Provinc. Benev. cujuscunque conditionis, & statu * existat per se, vel alium sub quocunque contractus titulo, vel sine contractu quocunque colore, vel viã * quodcunque genus usurarum debent * commictere, vel exercere: alioquin omnes, & singulos contrarium facientes post dies quindecim ex nunc in antea computandos excommunicationis sententie sint vinculo innodati, & si per mensem unum in dicta sententia permanserint, teneantur, & puniantur, ultra predictam penam, ad penam pecuniariam nostro arbitrio, & ipsorum Suffraganeorum infligendam, nostro *, & ipsorum Suffraganeorum Curiis applicandam.

* Alias statue. * Alias via. * Alias debeat. * Alias nostre.

Vsurarii cum eorum fautoribus excommunicati denunciantur. IX. Item denunciamus excommunicatos ipso jure omnes, & singulos de Ciuitate, Dyocesi, & Prouinc. Benev. locantes, seù donantes, vel alio quocunque titulo concedentes, scientèr usurariis exercentibus, seù volentibus fenus, seù usuras exercere, vel eosdem usurarios permictentes sub quocunque colore in eorum domibus, in quibus habitationem habent, vel jus aliquod aliqualiter habitant *.

* Alias habeant.

Sub pęna excommunicationis testamenta publicorum usurariorum, nisi data cautione de satisfaciendo, non cõficiantur. X. Item statuimus, ordinamus, ac etiam una monitione pro tribus, & peremptoriè omnes, & singulos Notarios, & Scriptores Ciuit. Dyoc.& Prouinc. Beneu. quod nullus testamenta usurariorum Ciuit. Dyoc.& Prouinc. Beneu. contra quos publica forma * laborat, quod usurarii sint, scribant, nullusque Clericus, vel Laycus cujuscunque ordinis, vel conditionis, & status, aut dignitatis existat pro teste eorum testamentis intersit, aut eisdem usurariis prestet auxilium, consilium, & fauorem in condendis hujusmodi Testamentis, Codicillis, vel quibuscunque ultimũ * voluntatibus, nisi satisfaciant priùs de usuris perceptis per ipsos. Dictique Notarii, qui scribere hujusmodi Testamenta tanquam persone puplice, nomine quorum interest, stipulentur, & * de satisfaciendo prestent nobis, & nostris Suffraganeis ydoneam cautionem. Contrarium verò facientes, dicta monitione premissa, excommunicationis sententie vinculo volumus subiacere.

* Alias fama. * Alias ultimis. * Id est etiam.

Sub pęna excommunicationis usurarii omnes infra dies decẽ denunciẽtur. XI. Item statuimus, & ordinamus, & sub excommunicationis pena, quam in contrarium facientes hac nostra canonica monitione premissa, & una pro omnibus ferimus in hiis scriptis in detestationem tante labis, & criminis, precipimus, quod omnes utriusque sexus dictos usurarios puplicos, & manifestos ubicunque degentes in

Digitized by Google

in nostris Civitatibus, Dyoc. & Provinc. nobis, aut Vicario nostro, Suffraganeis nostris, aut eorum Vicariis infra decem dierum spatium revelare, & denunciare procurent.

XII. Item temeritatem effrenatam falsorum testium reprimentes excommunicamus sententialitèr in hiis scriptis omnes, & singulos prohibentes, seù producentes falsum testimonium, vel falsos testes, vel utentes testibus, seù attestationibus quibuslibet, Instrumentis falsis scientèr in quacunque Curia Civitat. Dyoc. & Provinc. Benev. & nichilominus, preter excommunicationis penam predictam, delinquentes in aliquo predictorum in nostra Archiepiscopali Curia, nostro, vel aliorum, in quorum Curiis delinquentes reperti fuerint, arbitrio, & eorum* decernimus puniendos.

Pœna excõmunicationis fertur contra falsos testes, falsisque scripturis utẽtes.

XIII. Item, ut terror symoniace pravitatis, & labes ejus funditùs extirpentur, monemus sub excommunicationis pena, & ordinamus, atque statuimus, quod nullus de Civitate, Dyoc. & Provinc. Benev. pro aliquo beneficio obtinendo aliquod Spirituale ex pacto, vel juramento, vel aliquod temporale, pecuniam, vel aliqua bona promictat, seù donet alicui Episcopo, Abbati, vel* aliquo Domino spirituali, nec non Comiti, Barono, aliisque personis secularibus cujuscunque existant preheminentie, seù patronis Ecclesiarum quarumcumque, vel sue familie, vel etiam alicui alteri mediatori, vel procuratori quocunque quesito colore, vel etiam per aliquam transactionem cujuscunque beneficii Ecclesiastici, seù permutationem, nisi in quãtum jura permictunt; supradicti autem sic symoniam commictentes, tàm dantes, quàm recipientes, quàm etiam mediatores, ac etiam promictentes, & jurantes sint beneficiis Ecclesiasticis, que obtinent, ipso facto privati, & nichilominus sententiam excommunicationis incurrant. Adicientes nichilominus, & mandantes, quod nullus patronus Ecclesie Civit. Dyoc. & Provinc. predictarum cujuscunque status, preheminentie, aut conditionis existat, literas collationis dicte Ecclesie, seù institutionis presentati ad dictam Ecclesiam, seù in posterum presentandi, penes se retineat, seù habeat quoquo modo. Immò ipsas esse volumus penes institutum predictum, donec vixerit, & quod nullus patronus Ecclesie cujuscunque predictarum Civitat. Dyocef. & Provinc. quocunque quesito colore recipiat, aut recipere possit quotam alienam fructuum, seù reddituum ipsius Ecclesie ab instituto predicto, nec aliquod annuum ab hujusmodi presentato, seù presentando per eum. Contrarium verò facientes tàm dantes, quàm accipientes

*Alias etiam.

Beneficia simoniacè procurantes excommunicãtur. Patroni ne aliquid annuũ ex pacto à præsentatis accipiant sub eadem pena.

*Alias alicui.

-tes pœnas easdem incurrere volumus ipso facto.

* Forsan furentes.

Pœna excommunicationis fertur contra impetrantes literas commendatitias Patronorum pro beneficiis obtinendis. Et si conferantur vi, vel timoris impulsu, collatio nulla fit, & irrita.

XIV. Item quia nonnulli ambitionis vitio * furetici viam rectam oberrantes, ut ceci, & ovile per ostium non intrantes, dum beneficia vacant, Domines temporales, & alios Magnates, & Potentes adeunt, ad Prelatos, & alios, ad quos spectat collatio, & institutio Beneficiorũ, ipsorum preces, & licentias exigunt, & requirũt importunas; unde contingit, quod Prelati ipsi Domines temporales, & eorum indignationes verentes sepè indignis beneficia conferunt, & si non conferunt, & alitèr per eos nominatis ipsorum Dominorum, & Potentum odium, & indignationem incurrunt, ex quo prout sepè experientia docuit, Prelatorum, & Ecclesiarum non modicum sequitur detrimentum. Nos volentes huic morbo, quod sine symonie vitio vix accidit, illam, quam possumus adhibere medelam, presenti Constitutione in nostris Civitatibus, Dyoc. & Provinc. predictarum perpetuò valitura sancimus, ut quicunque Clericus Civitat. Dyoc. & Provinc. predictarum preces, vel literas Dominorum, & Potentum hujusmodi pro aliquo beneficio obtinendo impetraverit, vel obtinuerit per se, vel alium directè, vel indirectè quocunque colore, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat, & nichilominus si vi, vel timore compulsus beneficia ipsi conferat, vel alios in eis instituat, declaramus auctoritate presentis Cõstitutionis, collationem, seù institutionem hujusmodi non valere, & institutum modo premisso tanquam indignum fore penitùs amovendum, ipsumque teneri ad restitutionem perceptorum.

Executiones testamentorũ infra annum omninò fiãt; quo elapso executiones ipsæ ad Curiam devolvuntur, & in eis sub pœna excommunicationis nemo se intromittat.

* Alias legitimè.

XV. Item presenti constitutione sub excommunicationis pena monemus omnes, & singulos Clericos, & laycos cujuscunque ordinis, status, & dignitatis existant Civit. Dyoc. & Provinc. Benev. qui executiones debent facere testamentorum, & ultimarum voluntatum, vel in futurum debebunt, & tàm heredes, quàm quoscunque Successores, & Possessores bonorum decedentium predictorum condentium testamenta, ut executiones heredum perficiant infra annum à die mortis, vel conditionis testamenti proximum computandum, decernentes ex nunc hujusmodi executiones elapso anno, vel cõditione adveniente, prout jura volunt, ad nos, & nostram Curiam, seù Suffraganeorum nostrorum, & eorum Curiis fore legitimũ * devolutas, presenti etiam constitutione monente heredes, & executores predecessores, ut dicto elapso anno de executione ipsa nullatenus intromictant se, nec etiam interim de execu-

tio-

Digitized by Google

tione quorumcfique malorum ablatorum incertorum quouis quesito colore. Contrarium verò facientes ipso facto excommunicationis sententie vinculo annodamus, absolutione eorum nobis, ac nostrisSuffraganeis, prout ad nos, & ipsos spectat, ac nostro, & eorum Vicariis tantummodò reservata.

XVI. Item monemus sub excommunicationis pena, quod nullus impediat directè, vel indirectè, puplicè, vel occulte quocunque quesito colore, quo minus executiones predicte perficiantur in terminis supradictis, alioquin dictam sententiam excommunicationis incurrat ipso facto. Impedientes testamentorũ executiones excommunicantur.

XVII. Item monemus sub excommunicationis pena, ut supra omnes, & singulos Notarios, Presbiteros, & Clericos Civit. Dyoc. & Provinc. Benev. qui testamentis, seù ultimis voluntatibus quibuscunque facere* jam, vel ex nunc in antea faciendis, pro Notariis, seù scriptoribus, & ubi ipsa scribantur, pro testibus tunc fuerint, quòd infra mensem unum post mortem illorum, quorum scripserint testamenta, vel alias quascunque ultimas voluntates, seù ut premittitur, in non scripto pro testibus tunc fuerint, debeant Nobis, aut alteri, cui mandaverimus, aut nostris Suffraganeis, vel eorum Vicariis, seù aliis quibuscunque mandaverint, nomina testatorum decedentium, & executorum testamentorum ipsorum dare, & assignare in scriptis. Notariis, & testibus testamenta, & ultimas testatorum voluntates scribẽtibus, illorũ notitiam infra mensem Episcopis deferre sub Excommunicationis pœna precipitur. *Alias facris.

XVIII. Item monemus, ut supra, omnes, & singulos Archipresbit. Rectores Ecclesiarum, & Presbiteros, ac Cappellanos, aliosque Rectores cujuscunque Ordinis, vel conditionis existant, nec non omnes, & singulos Notarios, Judices, scriptores, & alios quoscunque tàm mares, quàm mulieres Civitatis, Dyoc. & Provinc. Benev. qui ex nunc intererunt, seù ascribent confectioni testamenti, seù testamentorum maris, vel femine Civitatum, Dyoc. & Provinc. predictarum, quatenus nullo quolibet quesito colore, verbo, signo, vel facto impediant, seù turbent, vel alitèr fraudulentèr instruant, vel doceant facientes, seù condentes testamenta, ut ipsi testatores aliquam clausulam, seù verbum apponant, vel alias apponi faciant directè, vel indirectè sub quacunque forma verborum, vel per taciturnitatem, seù alio modo quocunque, per quem nos, & nostra Curia defraudemur, & defraudẽtur* portione canonica, & aliis juribus Nobis, & eis* competentibus, prout jura volunt, & mandãt. Contrarium verò facientes excommunicationis sententie subiacere volumus ipso facto. Confectioni testamentorũ cujuscunque conditionis interessentes, verbo, vel signo mentes testatorum turbantes, excommunicantur. *Alias defrau detur. *Alias ei.

XIX.

Religiosis personis executio cujuscunque testamenti prohibetur, nisi prius de iis exequẽdis fideliter, & legaliter cautionẽ dederint: contrarium facientes excommunicantur.

*Alias statuimus.

XIX. Item presenti constitutione statuimus, & etiam ordinamus, quod nulla persona religiosa cujuscunque & cujus* vel conditionis existat, que in Civit. Dyoc. & Provinc. Benev. in testamentis, seù ultimis voluntatibus pro executore, aut distributore testamentario, alias quocunque nomine nuncupetur, per testatores, vel decedentes fuerint ordinata de executione testamentorum ipsorum, aut ultimarum voluntatum, se audeat intromictere, vel presumat, aut bona quecunque eorundem ad suas manus recipere, vel de ipsis disponere quoquo modo, nisi priùs coram nobis, aut suffraganeis nostris, aut nostro, vel eorum Vicariis dederint ydoneam cautionem usque ad valorem bonorum per eum distribuendorum de dicta executione fideliter, & legaliter facienda, maximè quia plerique bona ipsorum sibi appropriant, aut de locis, in quibus est executio facienda, se transferunt ad remota, undè voluntates decedentium defraudantur. Contrarium verò facientes excommunicationis vinculo annodamus.

Maleablatorũ incertorum dispositio non ad executores testamentorum, sed ad ordinarios loci spectare statuitur.

*Alias juris.

*Alias ablata.

*Alias Testamentorum.

XX. Item quamquam aliorum Doctorum Jure *Canonici sint opiniones diverse, an dispositio malè ablatorum incertorum si ectet ad Dyocesanum, vel ad executores testamentorum defunctorum, Nos opinionem illam tanquam magis jure consonam ex Doctorum plurimorum in hoc concordantium amplectentes, videlicet, quod dispositio malè ablatorum incertorum ad Ordinarium, ac Dyocesanum, & Episcopum loci spectet tantùm, & non ad executores testamentorum ipsorum, hac perpetua constitutione statuimus, ac etiam ordinamus, quod ipsorum malè ablatorum incertorum dispositio, & executio sub quacunque forma verborum dimissorum, etiam si per ipsos testatores predicta malè oblata* incerta ad certos, & determinatos usus deputata sint, vel in posterum deputentur, quas deputationes ex nunc decernimus irritas, & inanes, & nichilominus etiam si ipsorum executio per testatores ipsos super dispositione eadem industria eligatur, ad Nos, & Successores nostros, aut Suffraganeos nostros, prout ad quemlibet eorũ pertinet, & spectare debeat, atque spectat. Monemus omnes, & singulos executores, & heredes quorũmcunque Testamentorum*, qui decesserunt, & in posterum decedẽt in Ciuit. Dvoc. & Prou. Beneu. una canonica monitione pro omnibus, & peremptoriè, ut de malè ablatis incertis qualitercunque dimissis, vel dimittendis in posterum, infra menses duos computandos à die obitus decedentium eorundem, nobis, aut Suffraganeis nostris, ac nostris, vel eorum Officialibus ad hoc deputatis,

Digitized by Google

tatis, vel deputandis satisfaciant, cum effectu disponendis, & exequendis per nos, vel ipsos Suffraganeos nostros, prout nobis, & ipsis pro salute animarum testatorũ ipsorum salubriùs visum fuerit expedire. Contrarium verò facientes, dicta monitione premissa, ipso facto excommunicationis sententie decernimus subiacere.

XXI. Item monemus ut supra omnes, & singulos executores, & heredes, seù successores, & possessores bonorum defunctorum Ciuit. Dyoc. & Prouinc. Beneu. qui infra annum à die conditi testamenti quartam, seù canonicam portionem nobis, & Episcopis Suffraganeis, & nostre, & eorum Ecclesiis predictarum Ciuitat. Dyoc. & Prouinc. de jure debitam, nõ soluerunt, quartam ipsam nobis, & ipsis Suffraganeis, Clericis, & Ecclesiis aliis, quibus tamdem* debent, integralitèr debeant assignare, alioquin in contrarium facientes, canonica monitione premissa, sententiam excommunicationis proferimus in hiis scriptis. Bonorum defunctorum possessores infra annum quartam Ecclesiis solvere sub excommunicationis pœna coguntur. *Alias eādē.

XXII. Item statuimus, & monemus una monitione pro tribus, & peremptoriè, ac etiam excommunicamus, & excommunicatos in hiis scriptis denunciamus omnes illos cujuscunque status, ordinis & conditionis existant, qui pecuniam, & alia bona legata, dimissa, & quomodocunque debita, seù relicta in ultimis voluntatibus, & testamentis, nobis opere fabrice majoris Ecclesie Beneuentane, ac Prelatis, Clericis, & Cappellanis earundem, occupauerint, seù occupata tenuerint, non soluendo illa infra annum à tempore conditi testamenti, & tamdiù excommunicati existant, donec nobis, Episcopis, Ecclesiis, Prelatis, Clericis, & Cappellanis ipsis legatariis satisfecerint cum effectu. Bona legata; Ecclesiisque relicta, occupantes, & occupata retinentes, excōmunicati denunciantur.

XXIII. Item, quia sunt nonnulli, prout multorum habet osseruatio, qui terras, prata, pascua, molendinos, silnas, nemora, domos, census, instrumenta, atta, regestra, priuilegia, & bona alia, & jura ad nos, & Beneuentanam Ecclesiam, & ad ejus Capitulum, & alias Ecclesias Ciuit. Dyoc. & Prouinc. Beneu. pleno jure spectantia, detinent occupata, seù aliax indebitè quouis modo, & ea soluere, & restituere negligunt in ipsorum animarum periculum, predictarumque Ecclesiarum prejudicium; & jacturam. Nos indepnitati eorundem ex cura suscepti regiminis prouidere volētes, requirimus, & monemus omnes, & singulos occupatores, & detētores hujusmodi, & eorum participes, & scientes, ut infra unum mensem, à die puplicationis presentium in antea computandum, tunc* eis pro monitione canonica, & termino peremptorio assignamus, sub excommunicationis pena, quam cōtra detemtores, eorumque partici- Occupantes bona stabilia, instrumenta, acta, & privilegia ad Metropolitanā, aliasque Ecclesias spectantia, si infra mensem non reddiderint, excommunicantur. *Alias quē,

B pes,

pes, & ſcientes, ſi ſecus fecerint, ex nunc ſententialitèr ferimus in hiis ſcriptis, predicta reſignare, perſoluere, & reſtituere predictis Eccleſiis, vel eis, ad quos eorum gubernatio ſpectare dignoſcitur, ac participes, & ſcientes debeant reuelare.

Turbantes poſeſſiones, & Jura Metropolitanæ, ipſius Capituli, aliarumque Eccleſiarum, excommunicati declarantur.

XXIV. Item excommunicamus ſententialitèr in hiis ſcriptis omnes, & ſingulos, indebitè turbantes, & moleſtantes poſſeſſiones, & bona majoris Eccleſ. Beneu. & ejus Capituli, & aliarum Eccleſiarum Dyoc. & Prouinc. Beneu. tàm mobilium, quàm ſtabilium, nec non jurium, reddituum, cenſuum, & aliorum prouentuum dicte Eccleſ. Beneu. & Capituli ſuprad. & aliarum Eccleſiarum Dyoc. & Prouinc. ſuprad. ſcientes, eorumque participes, & ſcientes quicumque ad predicta dederint conſilium, auxilium, & fauorem.

Eccleſiaſticis perſonis Collectas, & Decimas imponentes, & infra dies quindecim non abſtulerint, excommunicantur: & Vniverſitates interdicũtur.

XXV. Item preſenti Conſtitutione monemus una monitione pro omnibus, & peremptoriè omnes, & ſingulos cujuſcunque preheminentie, conditionis, & ſtatus exiſtant, qui Prelatis, perſoniſque Eccleſiaſticis, Regularibus, & Secularibus imponunt, impoſuerunt, vel impoſuerint in futurum onera grauia quecunque, ipſoſque tallian̄t, & collectam eis imponunt, & ſuorum prouentorum dimidiam decimam, vel quamuis aliam pertinentem, aut quotam exigunt, & requirunt, eoſque moliuntur ſubicere ſeruituti, ſueque ſubmictere ditioni, & qui talia impoſuerunt, vel exigerint à Cleris, & perſonis Eccleſiaſticis ipſis inuitis, aut apud edes ſacras depoſita, ſeù alia bona Eccleſiaſtica Eccleſiarum, Eccleſiaſticarumque perſonarum ubicunque in Ciuit. Dyoc. & Prouinc. arreſtauerint, ſanſiuerint, ſeù acceperint, vel arreſtari, ſanſiri, aut occupari mandauerint, aut occupata, ſanxita, vel arreſtata receperint puplicè, vel occultè, aut preſtauerint in premiſſis, & premiſſorum quomodolibet, infra quindecim dierum terminum recipiſcant*, quem terminum eis pro ultimo, & peremptorio termino aſſignamus: omnes autem, & ſingulos contrarium facientes ex nunc, prout ex tunc ipſo elaxo termino, ſententiam excommunicationis incurrant volumus ipſo facto: Uniuerſitates quoque, que in hiis culpabiles fuerint, ex nunc, prout ex tunc Eccleſiaſtico ſuſpendimus Interdicto.

**Aliàs reſipiſcant.*

Temporales Domini, ſuis ſubditis precipiẽtes ne Eccleſiaſticis obſequia præſtent, excommunicationis ſententiæ ſubiecti denunciantur.

XXVI. Item denunciamus, & decernimus eo ipſo Excommunicationis ſententie ſubiacere omnes, & ſingulos temporale dominium obtinentes, qui in terris eorum ſuis ſubditis precipiunt, atque mandant, ne Prelatis, aut Clericis, vel perſonis Eccleſiaſticis quibuſcumque vendãt panem, & alia obſequia eis preſtent, interdicunt, & prohibent, cum talia in derogationem libertatis Eccleſiaſtice preſumantur.

XXVII.

XXVII. Item ſtatuimus, & preſenti conſtitutione ſanſimus, quod ſi quis auſu ſacrilego preſumſerit aliqua Inſtrumenta, vel Scripturas, & ſpetialitèr de actis, que in noſtra Curia, aut Suffraganeorum noſtrorum, & aliorum Ordinariorum Prouinc. Beneu, ventilantur, furtiuè, vel malitiosè ſubtrahere, vel doloſo modo rapuerit, tanquam ſacrilegus, & Eccleſiaſtice rei ſuttractor, eo ipſo ſit excommunicationis ſententie incidatur *.

Metropolitanæ Curiæ, aliarumque Beneventanæ Prouin. ſcripturas, ſi quis rapuerit excommunicationis ſententia innodatur.

*Alias ſentētia innodatus.

XXVIII. Item ſtatuentes monemus in hiis ſcriptis pro primo, ſecundo, tertio ac peremptorio, ac monitorio termino, & edicto, & una monitione pro tribus omnes, & ſingulos tàm Clericos, quàm Laycos cujuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, & conditionis exiſtant, impedientes, vel impedire in poſterum preſumentes, vel fieri facientes, aut mandantes; aut impedientibus dantibus* Conſilium, auxilium, & fauorem, officium noſtrum, & noſtre Curie, & noſtrorum Suffraganeorum, & aliorum Ordinariorum Prouinc. Beneu. jurisdictionem, & utilitatem nobis, & eis noſtrarum, & eorum Eccleſiis debitam de jure, puplicè, vel occultè, vel impedire volentes directè, vel indirectè, que perſone de predictis ſine mora, vel difficultate qualibet ſe debeant abſtinere, etſi contra fecerint, & à predectis ſe non abſtinuerint, ex nunc prout ex tunc in contrarium facientes excommunicationis ſententiam ferimus in hiis ſcriptis.

Impedientes juriſdictionē, Officiumque Metropolitanæ Curiæ, & Suffraganeorum excommunicationis ſententia feriuntur.

*Alias dātes.

XXIX. Item quia, ſicut ab antiquorum relatione percepimus, ſunt nonnulli de pred. Ciuitate, Dyoc. & Prouinc. qui contra debitum rationis in prejudicium noſtre Beneu. Eccleſ. & Suffraganeorum noſtrorum predictorum, conferunt beneficia, de cauſis quibuſcunque cognoſcere, & alia exercere, que ad juriſdictionem noſtram, noſtrorumque Suffraganeorum predict. legitimè pertinere noſcuntur, auſu temerario non verentur. Volentes igitur ſuper iis de opportuno remedio prouidere, hac conſtitutione in perpetuum valitura ſanſimus, quod nullus de Ciuit. Dyoc. & Prou. Beneu. cujuſcunque ſtatus, preheminentie, & conditionis exiſtat, in predictis Ciuitatibus, Dyoc. & Prouinc. talia quomodolibet obtentare preſumat, niſi predicta ſibi à jure, ſeù ſpeciali priuilegio, vel aliqua cauſa legitima pertinere noſcantur, de quibus nobis, aut dictis Suffraganeis noſtris infra duorū menſium ſpatium fidem ſufficientem dare procuret, & plenariè informare. Cōtrarium verò facientes, quia exceſſus, & Henormitas hoc requirit, excōmunicationis ſententiā, ac beneficii, quodcūque* obtinet, priuationē incurrere volumus ipſo facto. Collationem autenticam* quoruncunque beneficio-

Conferentes beneficia, cauſaſque cognoſcentes ad Benevētanā, & Suffraganeorum Eccleſias pertinentia, excōmunicantur: & hujuſmodi beneficia vacare declarantur.

*Alias quod.

*Alias autē.

 rum,

rum, seù causarũ cognitiones,& processus,ac quecunque pro* quorum, seù qua nostra jurisditio,seù Suffraganeorũ nostrorum valeat impediri, seù ledatur in aliquo, per ipsos attenus facta, vel in posterum facienda, omni robore vacuamus, & nullius esse volumus firmitate.*

* Alias pro quibus.

* Alias firmitatis.

Obtinẽtes dignitates,& beneficia absque canonica institutione, excommunicationis vinculo innodantur.

XXX. Item statuimus, & presenti constitutione monemus una monitione pro tribus, & peremptoriè omnes, & singulos Clericos, & Laycos Dyoc. & Prouinc. Beneu. cujuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, vel dignitatis existant, quod nullus presumat, vel attentet occupare, detinere dignitatum*, vel personatum, Ecclesiam, seù quodcunque beneficium Ecclesiasticum auctoritate propria per se, vel alium, aut possessiones, fructus, redditus,& prouentus eorundem absque institutione canonica, seù collatione Prelati, ad quem dignoscitur pertinere, aut de administratione Abbatiarum, & Ecclesiarum se aliquatenus intromictat, vel de juribus eorum aliquod recipiat absque voluntate, & mandato Rectorum Ecclesiarum illarum, quibus Rectoribus hujusmodi dignitates, personatus, vel benef. concessa fuerint per Prelatos eosdem, etiam si jus aliquod patronatus, vel electionis habeat in eisdem, alioquin in omnes, & singulos supradictos, qui post mensem unum, in antea computandum, predicta, vel aliquod predictorum accipere, occupare, aut inuadere presumserit, vel occupata, seù suttracta olim tenuerint, vel teneant absque collatione, & licentia speciali, ut est dictum; & Cappellanos seruientes in diuinis Officiis post mensem unum, in antea numerandum, in predictis dignitatibus, personatibus, Ecclesiis, & beneficiis nomine predictorum occupatorum, vel detentorum quorumlibet sine licentia speciali, in hiis scriptis excõmunicationis sententie vinculo innodamus; presenti quoque constitutione adicientes, quod quicunque per nos, aut Suffraganeos nostros, seù alium, ad quem spectat, in Abbatem, Archipresbiterum, Rectoremque confirmatus, seù institutus fuerit, antequam predictorum Abbatie, Archipresbiteratus, ac Rectorie, vel alterius beneficii cujuscunque possessionem adipiscatur, literas nostras, vel aliorum, ad quos spectabit beneficium conferre, nostro, vel eorum sigillatas sigillis*, quod si aliquis eorum contrarium fecerit, confirmationes, rastitutiones*, & collationes predicte sint irrite ipso jure, & omni jure, per ipsos confirmatos, *institutos propterea acquisito, eo ipso priuentur, nullusque interim tanquam Abbatibus, Archipresbiteris, aut Rectoribus obediat, vel intendat.

* Alias dignitates.

* Adde obtineat.

* Alias Institutiones.

* Adde &

XXXI.

XXXI. Item quia nonnulli in Ciuitate, Dyocesi, & Prouinc. Beneu. beneficia, seù beneficium, ut commodata, detinere noscuntur, que ad collationem nostram, aut Suffraganeorum nostrorum, vel aliorum Ordinariorum noscuntur jure ordinario pertinere, excommunicamus sentẽtialitèr in hiis scriptis tenentes recõmendata talitèr, seù alitèr dicta beneficia, vel eorum aliquod absque justo titulo, vel tenentes unum beneficium curatum, & aliud presumentes recipere, habens curam eandem, & non resignantes nobis, aut illis, ad quos spectant eadem beneficia, & scientes, & non reuelantes nobis, & illis infra mensem unum, à die puplicationis prese[n]tium computandum, quem eis pro termino peremptorio, & monitione canonica assignamus, addentes constitutioni predicte, qu[o]d nichilominus recipientes beneficium, cum cura animarum habend[i]*, & aliud simile beneficium sine dispensatione legitima, sint ipsis beneficiis ipso facto priuati. Habentes commendata beneficia sine justo titulo, vel unum beneficium curatũ obtinentes, si aliud præsumant, excommunicãtur, beneficiis que ipsis privantur.

*Forsan hujusmodi.

XXXII. Item presenti constitutione monemus omnes, & singulos de Ciuitat. Dyoc. & Prouinc. Beneu. Decanatum, Archipresbiteratum, Abbatum*, Prioratum, personatum, vel dignitatem curam animarum habentem agnexam, aut Parochiales Ecclesias obtinentes, quod infra annum, [e]x nunc a tempore, quo in antea hujusmodi dignitatum, personatuum, & beneficiorum possessionem habuerint, si Archidiaconus, saltim in Dyaconum, supradicti verò alii ad Presbiteratus ordinem se faciant promoueri, & nullus promoueatur ad aliquem predictorum ordinum, vel jam promotus obtineat, nisi vicesimum annum quintum sue etatis attigerit, vel habuerit, & de legitimo matrimonio procreatus, moribus, & scientia commendatus existat, alioquin contrarium facientes, decernimus, & declaramus predictis beneficiis, personatibus, dignitatibus, & beneficiis suprad. esse ipso facto priuatos. Obtinentes dignitates, & Ecclesias, cum curam animarũ habentes, si infra annũ requisitos Ordines non susceperint, ipsis beneficiis privantur.

*Alias Abbatiam.

XXXIII. Item quicunque in Ciuit. Dyoc. & Prouinc. Beneu. habet, vel tenet Ecclesiam aliquam, curam animarum habentem, seù Ecclesiam Parochialem limitatam, si sit absens à Ciuit. vel loco, ubi Ecclesia ipsa consistat, teneatur infra trium mensium spacium, post puplicationem presentium, ad ipsam Ciuitatem, vel locum reddire, & post redditum in ipsa Ecclesia in diuinis Officiis tẽporibus, & horis consuetis, & congruis, ac debitis seruiendo personalitèr residere, aliax si non reddierit, vel si post ipsum redditum cessauerit per mensem in ipsa Ecclesia in dictis diuinis Officiis seruiendo personalitèr residere, decernimus in [fa]cto ipso dicta Ecclesia fore priuatum, nisi habens predictam Ecclesiam in majori Beneuentana Ecclesia, Absentes ad suas Ecclesias vocantur, & infra mẽsem non redeuntes, nec residẽtes, beneficiis, Ecclesiisque privantur.

vel

vel aliis Cathedralibus Ecclesiis nostre Prouinc. in diuinis Officiis seruiendo, faciat residentiam personalem; quo casu in Parochiali Ecclesia, ut attenus est consuetum, faciat deseruiri, nisi de nostra, seù Suffraganeorum, & aliorum Ordinariorum, & Superiorum suorum mandato, & licentia speciali; quo casù volumus quod ille, qui dicte Ecclesie deseruiet, per nos, & nostram Curiam, aut Suffraganeos nostros, & eorũ Curias approbentur, ne cura animarum commictatur minùs ydoneo; & quod dictus substitutus, seù deseruiens nobis, aut nostre Curie, vel ipsorum Suffraganeorum, infra unum mensem à puplicatione presentis constitutionis, presentetur per nos, vel eos approbandus, alioquin dicto beneficio sit ipso jure priuatus.

Licentiæ pro absentia ab Ecclesiis reuocantur. *Alias absentiam.

XXXIV. Item considerantes, quod propter absentum* beneficiatorum nostre Dyoc. & propter licentiam, & dispensationes per nos, & Predecessores nostros, seù per Vicarios nostros, & dictorum Predecessorum de non seruiendo in eisdem beneficiis, attenus concessas, in eisdem beneficiis diuinus cultus, minoris cura, negligitur, elemosine, & hospitalitates pereunt, edificia dissoluuntur, & corruunt, jura, & bona eorundem beneficiorum indebitè usurpantur, & remanent indefensa, & multa alia mala sequuntur, prout nos docet experientia, & euidentia facti demonstrat; idcircò omnes licentias, & dispensationes pred. tàm per nos, quàm Predecessores nostros, vel Vicarios pred. seù alios quoscunque auctoritate nostra, vel predictorum Predecessorum nostrórum ex quibuscunque causis, & sub quacumque forma, vel expressione verborum attenus concessas, factas, vel donatas, in hac presenti Sinodo reuocamus omninò, & pro reuocatis, & nullis de cetero haberi volumus, nisi sint concesse residentibus in seruitio D. N. Pape, vel Dominorum Cardinalium, vel in nostro.

Canonici, & curam animarum habentes, Processiones adire coguntur: inobedientes trium carolenorum pæna multantur. * Alias Civitates. *Verbum redundans.

XXXV. Item hac perpetua, & inrefragabili constitutione sancimus, quatenus singuli Canonici nostre Beneuentane Ecclesie, ac alii Presbiteri curam animarum habentes, infra Ciuit. Beneu. degentes ad presens, & qui ibidem in posterum morabuntur, nec non, & singuli Canonici Suffraganearum nostrarum Ecclesiarum, & Presbiteri alii curam animarum habentes, degentes infra Ciuitatem*, in quibus sunt inter* predicte Suffraganee, & Cathedrales Ecclesie situate, & qui ibidem in posterum morabuntur, Nobis tantùm, & Ecclesie nostre subiecti singulis diebus, quibus sollepnes Rogationes, Letanie, seù Processiones à jure, vel à nobis, aut à nostris Suffraganeis quomodolibet indicantur, vel etiam indicen-

tur

tur, induti superpelliceis ad sonum Campane dicte nostre majoris Ecclesie, seù Ecclesiarum Cathedralium Suffraganeorum nostrorum, in dicta nostra Ecclesia, vel aliis Cathedralibus supradictis, vel alibi, si aliud duxerimus, seù duxerint dicti nostri Suffraganei mandandum, conuenire personalitèr teneantur, ituri ad locum, & audituri Letanias, seù Processiones, si, & prout Canonici dicte nostre Beneuentane Ecclesie, seù aliarum predictarum Ecclesiarum duxerint faciendum. Contrarium verò facientes pro quolibet pena trium carolenorum nostre Curie, seù Suffraganeorum nostrorum predictorum Curiis applicanda, tenore presentium tore plectendos*. *Adde decernimus.

XXXVI. Item statuimus, & etiam ordinamus, quod nullus Archipresbiter, vel Prelatus, seù Rector alicujus Ecclesie, vel quiuis alius Clericus Ciuit. Dyoc. & Prouincie Beneuentane possessiones, & bona sue Ecclesie vendere, alienare alicui audeat, vel locare, nisi manifesta utilitas Ecclesie indè appareat, & proueniat, jure* solemnitatibus in contractibus obseruatis, alias in cõtrarium facientes, tàm dantes, quàm recipientes excommunicationis sententiam proferimus in hiis scriptis, & ipsa locatio, venditio, & alienatio sit, & sint nulla, & nulle, & ipso jure irritam, & cassam, & ipsam, & ipsas ex nunc suis viribus vacuamus.

Locationes, alienationesque bonorũ Ecclesiarum, sine solemnitatibus contracte, nulle, & irrite declarantur.
*Alias juris.

XXXVII. Item quia nonnulli Abbates tàm Regulares, quàm Seculares, atque Capitula, & Collegia, & Archipresbiteri, Ecclesiarum Rectores, & alii Clerici, Ecclesiasticeque persone Ciuitatis, Dyoc. & Prouinc. Beneu. Jurisdictioni nostre subiecti, Abbatias, vel Ecclesias, seù Beneficia Ecclesiastica obtinentes, cupiditates* vitio laborantes, domos, ortos, vineas, & alia Ecclesiastica bona immobilia ad longum tempus locare in emphiteosim concedere, & alienare absque legitima causa presumunt, in ipsius contractus inicio recipientes aliquam pecunie quantitatem sub nomine pensionis, & postmodum annis singulis recipiunt longè minorem quantitatem sub nomine pensionis, vel census, quam ipsorum bonorum, seù possessionum fructus valere noscuntur, propter que Ecclesiis ipsis maximũ prejudicium generatur. Unde Ecclesiarum indepnitati, & statuta* prouidere volẽtes, quamuis super hoc sit satis à jure provisum, hac consultissima constitutione apertiùs declaramus, quod Abbates tàm Regulares, quam Seculares, Archipresbiteri, Ecclesiarum Rectores, & alii Curati, Ecclesiasticeque persone Civit. Dyoc. & Prouinc. Beneu. seù ipsorum aliquis domos, apothe-

Bonorum Ecclesiarum locationes, & concessiones in Emphiteusim, sine Prælatorum licentia facientes, excõmunicantur; ipsique cõtractus irriti denunciantur.
* Alias cupiditatis.
*Aliàs statuẽ

cas

cas, ortos, vel vineas, seù alia Ecclesiastica bona immobilia locare, etiam ad quinquendium, vel in emphiteosim concedere, permutare, vel aliax qualitercunque alienare, etiam in casibus à jure permissis, absque spetiali licentia nostra, & consensu expresso, vel Suffraganeorum nostrorum, ut spectat ad eos, nullo modo presumant ex quinquennali locatione, vel in emphitcosim concessione, vel prolixiori quinquennio, vel* noster, vel eorum consensus accedat, pecuniam nullam recipiant, *nisi sicut tanguntur cum singuli locationis predicte** ; contrarium verò facientes in aliquo premissorum eo ipso excommunicationis sentētiam incurrant, & nichilominùs penam pecuniariam pro nostro, vel ipsorum Suffraganeorum arbitrio infligendā non euadant, & locatio, permutatio, & in emphiteosim concessio, vel aliax quicunque contractus, qui aliter celebrabitur super bonis Ecclesiasticis supradictis nulla; & nulli ipso jure existant, & nullam obtineant roboris firmitatem, nec pene abitio, vel juramentum, seù aliqua alia obligatio, vel promissio interuenientes in premissis teneant, vel valeant, sed penitùs nullius existant momenti, non intendentes propterea aliis solepnitatibus, que interuenire debent in Ecclesiarum rerum alienatione aliquatenus derogare.

*Alias nisi.

*Obscura locutio.

XXXVIII. Item sepè contingit*, quod nonnulli vinculo excommunicationis adstricti, ut Apostate, vel Irregulares, seù Criminosi, & Sacramentorum indigni, patriam, unde de eis habetur notitia, fugientes, in Ciuit. Dyoc. & Prouinc. Beneu. improbè* ingerunt celebrationi Missarum, populo presumunt, non sine graui offensa Dei, etiā ministrare Ecclesiastica sacramenta. Nos igitur animarum ipsorum periculis ouiare, & Christi fidelibus, ne decipiantur, succurrere ex officio debito cupientes, sancimus, quod nullus nationis ignotus*, vel forensis, aut alicujus Ciuitatis, vel Dyocesis oriundus, quod de quolibet presumatur, nisi saltim per famam ipsius origo bona, vel competentibus indiciis approbetur, audeat, vel presumat in Ciuit. Dyoc. & Prouinc. Beneu. pred. Missam, vel Missas celebrare, nec alicui ministrare Ecclesiastica sacramenta, sine nostra, vel Vicariorum nostrorum, aut Suffraganeorum nostrorum, vel Vicariorum suorum, prout ad eorum quemlibet pertinet, licentia speciali. In contrarium verò facientes excommunicationis sententiam ferimus in hiis scriptis. Indicamus autem licētiam nullatenus esse de gratia concedendam, nisi de vita, ordinibus, & moribus plenariè fiat fides.

Exteros, sine Curiæ licentia, ad celebrationem missarū, sacramentorumue administrationes non admitti jubetur, sub excōmunicationis pœna, nisi status, & morum probationes habeant.

*Adde, se.

*Aliàs ignotæ.

XXXIX.

XXXIX. Item, quia prout ad nostrum peruenit auditum, plerique Canonici Ciuitatis, Dyocesis, & Prouinc. Beneu. nō que Jhesu Christi sunt querentes, lucris temporalibus inherentes in Ciuit. Dyoc. & Prouinc. supradictis, specialitèr in nostra Beneu. majori Ecclesia, que * ultra septem Missas in eorum Hedomada in beneficium assecuntur, qui non valentes personalitèr seruire eisdem, per substitutos minùs legitimè seruiunt, quinimmò deseruiunt cōtra sacrorum Canonum instituta; volentes, prout officii debitum nos compellit, de salubri remedio prouidere, monemus omnes, & singulos Canonicos, ac Sacerdotes Ciuit. Dyoc. & Prou. Beneuent, & in eis commorantes, una monitione pro omnibus, quatenus infra quindecim dies à die puplicationis presentium computandos, missas ultra septem numero supradictarum, & ipsorum beneficia in nostris manibus, vel eorum, ad quos spectat, Capitulo, & presentatis earundem, debeant assignare, & in futurum ultra predictum numerum, & stipendiis eorundem priuamus, & priuatos esse volumus, & decernimus in hiis scriptis; mandantes nichilominùs sub pena predicta omnibus, & singulis Clericis nostrarum Ciuitatum, Dyoc. & Proninc. quod hujusmodi Missis* nobis, aut nostro Vicario, qui pro tempore fuerit, & Suffraganeis nostris, aut eorum Vicariis in scriptis notificare, & reuelare procurent.

Assequentes in beneficium ultra septem Missas in qualibet hebdomada, sub pœna privationis, majorem numerū debeāt resignare.

*Verbum redundans.

*Alias missas

XL. Item monemus omnes, & singulos Abbates, Archipresbiteros, & Laycos Ciuitatis, Dyoc. & Prouinc. Beneu. ad quos Capellarum, & Missarum predictarum presentatio, seù institutio pertinet, tàm in nostra Beneu. majori Ecclesia, quàm in aliis Ecclesiis predictarum Dyoc. & Prouinc. ut de cetero solicitè aduertant, ut ne Canonicis Sacerdotibus habētibus Missas plures in ejusmodi, prout superiùs proximè fit* expressum, conferunt*, & si contra monitionē nostram fecerint, presentationem, seù institutionem ipsam nullam decernimus ipso facto.

Præsentatio; seù institutio contra supradicta, nulla decernitur ipso facto.

*Alias fuit.
*Alias conferant.

XLI. Item aduertentes perpensius, ne defunctorum intentio defraudetur, decernimus, quod non liceat executori alicui testamentario, vel alteri, qui dispositionem, seù commissionem habeat, aliquas Missas facere celebrari, domos, terras, vel possessiones ad hoc spetialitèr deputatas tenere, certam dando pecuniam Missas celebrantibus supradictas, sed domos, & possessiones predictas infra unius mensis spacium, à die puplicationis presentium * constitutionis in antea computandum, celebrantibus dictas Missas assignare,

Bona stabilia pro missis celebrandis legata, ne sint penes executores testamentarios; verum Celebrātibus assignari decernitur.

*Alias presenti.

C nisi

nisi per testatorem aliud fuerit ordinatum, de qua ordinatione infra mensem predictum coram nobis, vel aliis Ordinariis, aut nostra, vel eorum Curiis executores, & heredes prædicti fidem facere teneantur, in omnes, & singulos autem contrarium facientes in his scriptis excommunicationis sententiam promulgamus.

Casus reservati enunciantur, quorum absolutio Episcopis reservatur.

*Alias sacrilegis.

XLII. Item monemus omnes, & singulos Abbates, Archipresbiteros, & Religiosos quoscunque, & Rectores Ecclesiarum, ac Clericos Ciuit. Dyoc. & Prouinc. Beneu. cujuscunque ordinis, status, conditionis existant, quod nullus in subscriptis casibus Archipresbiter in ipsis à jure speciali reseruatis, videlicet de Hereticis, Sodomitis, falsis Test. bus, & Perjuriis, Incestuosis, Sacrilegiis*, & Monialium corruptoribus, & aliarum Virginum violatoribus, aut de Monialibus egredientibus extra sua Monasteria, contra Decretalem Bonifacii Pape VIII. & ingredientibus in Monasteriis eorundem, nisi ex causa legitima, & rationabili, de blasfematoribus Dei, B. Virginis, & Sanctorum sacrilegis, permutationibus votorum quorumlibet, de excommunicatis majori excommunicatione, de dispositoribus malè ablatorum incertorum, de Matrimoniis clandestinis, vel contra Interdictum Ecclesie factis, de suffogationibus, & oppressionibus filiorum ex proposito, vel casualitèr, de incendiariis, de diuinatoribus, & detemtoribus bonorum Ecclesiarum, de muliere, que de adulterio concepit infantem, quem maritus credit esse suum, propter quem heredes legitimi hereditate fraudantur, de mulieribus, & aliis procurantibus abortum, item de illis, qui contractis sponsalibus cum Sacramento, & non dissolutis, contrahunt cum aliis, & de peccato luxurie commisso inter mulierem, & Confessorem suum, vel proprium Sacerdotem, & aliis criminibus puplicis, qui casus sunt Nobis, & Episcopi reseruati, absoluere delinquentem presumant, vel se de talibus intromittant, sed ipsos ad nos, aut suos Ordinarios remittat, absque nostra, vel ipsorum Ordinariorum speciali mandato, nisi in articulo mortis, & tunc si copie Ordinarii commodè haberi non possint, vel possit, & predicti delinquentes satisfecerint primò ubi tenentur, vel de satisfaciendo prestauerint ydoneam cautionem: & nichilominùs adiungendo Constitutioni predicte statuimus, & ordinamus, quod nullus Religiosus pretextu executionis, vel alterius persone Ciuit. Dyoc. & Prou. Beneu. audire confessionem presumat, aut etiam absoluere, vel ligare, nisi Nobis, & nostris Suffraganeis, prout ad eos spe-

